Evangelia et
Acta Apostolorum

Tabula Contentorum

Evangelium secundum Matthaeum 1

Evangelium secundum Marcum 22

Evangelium secundum Lucam 35

Evangelium secundum Ioannem 57

Acta Apostolorum 74

Matthaeus

Caput 1

1 Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.
2 Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Jacob
autem genuit Judam et fratres ejus.
Judas autem genuit Phares, et Zaram de Thamar. Phares
autem genuit Esron. Esrom autem genuit Aram.
4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit
Naasson. Naasson autem genuit Salmon.
5 Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit
Obed de Ruth. Obed autem genuit Jesse.
Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit
Salomonem ex ea quae fuit Uriae.
7 Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit
Abiam. Abia autem genuit Asa.
8 Asa autem genuit Josophat. Josaphat autem genuit Joram.
Joram autem genuit Oziam.
9 Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit
Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.
Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit
Amon. Amon autem genuit Iosiam.
11 Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in
transmigratione Babylonis.
12 Et post transmigrationem Babylonis: Jechonias genuit
Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.
13 Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit
Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.
14 Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim.
Achim autem genuit Eliud.
15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit
Mathan. Matthan autem genuit Jacob.
16 Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus
est Jesus, qui vocatur Christus.
17 Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David
generationes quattuordecim; et a David usque ad
transmigrationem Babylonis generationes quattuordecim;
et a transmigratione Babylonis ad Christum generationes
quattuordecim.
18 Iesu Christi autem generatio sic erat: Cum esset
desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam convenirent,
inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.
19 Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam
traducere, voluit occulte dimittere eam.
20 haec autem eo cogitante ecce angelus Domini in somnis
apparuit ei dicens Ioseph fili David ne timeas Mariam
uxorem tuam quia quod in ea natum est de Spíritu Sancto.
pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum: ipse
enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.
22 Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod
dictum est a Domino per prophetam dicentem:
23 ecce virgo in utero habebit et pariet filium et vocabunt
nomen eius Emmanuel quod est interpretatum nobiscum
Deus
24 Exsurgens autem Joseph a somno, fecit sicut præceperat
ei angelus Domini, et accepit uxorem suam.
25 Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum
primogenitum: et vocavit nomen ejus Jesum.

Caput 2

1 Cum autem natus esset Jesus in Bethlehem Judae in
diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt
Jerosolymam,
2 dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus
enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum.
3 Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis
Jerosolyma cum illo.
4 Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas
populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.
5 at illi dixerunt in Bethlehem Iudaeae sic enim scriptum
est per prophetam
6 Et tu Bethlehem in terra Juda, nequaquam minima es in
principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum
meum Israël.
7 Tunc Herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis
tempus stellæ, quæ apparuit eis.
8 misitque eos in Bethlehem, et ait: Ite, interrogate
diligenter de puero; et cum inveneritis, renuntia mihi, ut
veniam et adorem eum.
9 Qui cum audissent regem, abierunt. et ecce stella, quam
viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens
staret supra, ubi erat puer.
10 Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde.
11 et intrantes domum viderunt puerum cum Maria matre
eius et procidentes adoraverunt eum et apertis thesauris
suis obtulerunt ei munera aurum, thus, et myrrham.
12 Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem,
per aliam viam reversi sunt in regionem suam.
13 Qui cum abiissent, ecce angelus Domini in somnis
apparuit Josepho dicens : Surge, et accipe puerum et
matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum
dicam tibi. Quaerit Herodes puerum ad perdendum eum.
14 Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte et
recessit in Aegyptum:
15 et erat ibi usque ad obitum Herodis ut adimpleretur
quod dictum est a Domino per prophetam dicentem ex
Aegypto vocavi filium meum
16 Tunc Herodes videns quod illusus esset a sapientibus,
iratus est valde, et emisit et occidit omnes pueros, qui erant
in Bethlehem, et in omnibus finibus eius, a bimatu et infra,
tempus quod ex eo magis.
17 Tunc adimpletum est quod dictum est per Jeremiam
prophetam, dicens :
18 In Rama audita est vox, ploratus, et ululatus, et multus:
Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non
sunt.
19 Quo mortuo, ecce angelus Domini in somnis apparuit
Ioseph in Aegypto,
20 dicens: Surge, et accipe puerum et matrem eius, et vade
in terram Israel: mortui enim sunt qui quaerebant animam
pueri.
21 Qui surgens accepit puerum et matrem eius et venit in
terram Israel.
22 Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro
Herode patre suo, timuit illo ire: et admonitus in somnis,
secessit in partes Galilææ.
23 Et veniens habitavit in civitate quae vocatur Nazareth:
ut adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quoniam
Nazaraeus vocabitur.

CAPUT III

1 In diebus illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ,
2 et dicens: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum.
3 Hic est enim, qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem: [Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini;
4 Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos. esca eius erat locusta et mel silvestre.
5 Tunc exibat ad eum Jerusalem, et omnis Judaea, et omnis regio circa Jordanem;
6 et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua.
7 Cum vidisset autem multos pharisæorum et sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?
8 Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.
9 Et ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.
10 Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.
11 Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam: qui autem post me venit, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igne.
12 cuius ventilabrum in manu eius et purgabit aream suam et congregabit triticum suum in horreum sed paleas igne comburet inextinguibili.
13 Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.
14 Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?
15 Respondens autem Jesus, dixit ei : Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum.
16 Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cæli: et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se.
17 Et ecce vox de cælis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

CAPITULUM 4

1 Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.
2 Et cum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit.
3 Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.
4 Qui respondens dixit : Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.
5 Et suscipit eum diabolus in sanctam civitatem, et constituit eum in pinnaculum templi.
6 et ait illi si Filius Dei es mitte te ipsum scriptum est enim angelis suis mandabit de te et in manibus tollent te ne forte offendas pedem tuum ad lapidem.
7 Ait illi Jesus : Rursum scriptum est : Non tentabis Dominum Deum tuum.
8 Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum nimis, et ostendit illi omnia regna mundi et gloriam eorum.
9 et dixit ei haec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me
10 Tunc dicit ei Jesus : Vade Satana : Scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.
11 Tunc reliquit eum diabolus : et ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei.
12 Cum audisset autem Jesus quia Ioannes missus est in carcerem, abiit in Galilæam;
13 Et, relicto Nazareth, venit, et habitavit in Capharnaum, quæ est ad oram maris, in finibus Zabulon et Nephthalim.
14 ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem
15 terra Zabulon et terra Nephthalim via maris trans Iordanem Galilaeae gentium
16 Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam; et sedentibus in regione et umbra mortis lux orta est eis.
17 Exinde coepit Jesus praedicare, et dicere : Pœnitentiam agite : appropinquavit enim regnum cælorum.
18 Et ambulans Jesus secus mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrum, et Andream fratrem ejus, mittentes in mare: erant enim piscatores.
19 Et ait eis: Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum.
20 At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.
21 Et procedens inde vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedaei et Ioannem fratrem eius in navi cum Zebedaeo patre eorum reficientes retia sua; et vocavit eos.
22 Illi autem statim relictis retibus et patre, secuti sunt eum.
23 Et circuibat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, et prædicans Evangelium regni: et sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo.
24 Et perambulabat nomen eius per totam Syriam: et afferebant ad eum omnes aegrotos, qui variis languoribus et tormentis vexabantur, et dæmonia, et phreneticos, et paralyticos. et curavit eos.
25 et secutae sunt eum turbae multae de Galilaea et Decapoli et Hierosolymis et Iudaea et de trans Iordanem

CAPITULUM 5

1 Videns autem turbas, ascendit in montem.
2 et aperiens os suum docebat eos dicens
3 Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
4 Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
5 Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
6 Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
7 Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur.
8 Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
9 Beati pacifici : quoniam filii Dei vocabuntur.
10 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
11 Beati estis, cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me.
12 Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelo; sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.

13 Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus.
14 Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita.
15 Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum; et luceat omnibus qui in domo sunt.
16 sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est
17 Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas : non veni solvere, sed adimplere.
18 amen enim dico vobis donec transeat caelum et terra iota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant
19 Quisquis ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.
20 Dico enim vobis: Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.
21 Audistis quia ab antiquis dictum est: Non occides. quicumque occiderit, reus erit iudicio;
22 dico autem vobis quia quicumque irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio qui autem dixerit fratri suo raca reus erit concilio quicumque autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis.
23 si ergo offeres munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te
24 relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliare fratri tuo, et tunc veni et offer munus tuum.
25 Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo; nequando tradat te adversarius iudici, et iudex te tradat ministro, et mittatur in carcerem.
26 Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.
27 Audistis quia ab antiquis dictum est: Non mœchaberis.
28 Dico autem vobis: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.
29 Et si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, et non totum corpus tuum mittatur in gehennam.
30 Et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam, et projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, et non totum corpus tuum mittatur in gehennam.
31 Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii.
32 Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam moechari, et, qui dimissam duxerit, mœchatur.
33 Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non perjurabis, sed reddes Domino juramenta tua:
34 Ego autem dico vobis: omnino non iurate; neque hercle; quia solius Dei est;
35 neque per terram; scabellum pedum eius: neque per Hierosolymam; Est enim civitas magni regis.
36 neque per caput tuum iuraveris quia non potes unum capillum album facere aut nigrum
37 Sit autem sermo vester, est, est; quod autem his amplius est, a malo est.
38 Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, et dentem pro dente.
39 Ego autem dico vobis: Non resistere malo: sed quicumque te percusserit in dextera maxilla tua, praebe illi et alteram.
40 Et si quis vult te ad legem ire, et tunicam tuam tolle, habeat et pallium.
41 Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo duo.
42 Petenti te, da, et a volente mutuari a te, ne avertaris.
43 Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum.
44 Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus vobis, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro calumniantibus vos et persequentibus vos.
45 ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est quia solem suum oriri facit super malos et bonos et pluit super iustos et iniustos
46 si enim diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis nonne et publicani hoc faciunt nonne et publicani hoc faciunt?
47 Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne et publicani?
48 Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester, qui in cælis est, perfectus est.

CAPUT VI

1 Videte ne eleemosynas vestras faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habetis a Patre vestro, qui in caelis est.
2 Cum ergo facis eleemosynam tuam, noli tuba canere ante te, sicut faciunt hypocritae in synagogis et in vicis, ut habeant gloriam hominum. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam.
3 Cum autem facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.
4 Ut eleemosyna tua sit in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.
5 Et cum oras, non eris sicut hypocritae. amant enim in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam.
6 Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum, et clausis ostium tuum, ora Patrem tuum in abscondito. et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.
7 Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.
8 Nolite ergo assimilari eis: scit enim Pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.
9 Sic ergo vos orate: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.
Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra.
11 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
12 Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
13 Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.
14 Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et Pater vester cælestis.

15 Si autem non dimiseritis hominibus : nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.
16 Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes; demoliuntur enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam.
17 Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam lava;
18 ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo qui est in abscondito et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi
19 Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur.
20 Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt, nec furantur.
21 Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.
22 Lucerna corporis est oculus: si ergo oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.
23 Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt, tenebrae quantae!
24 Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonæ.
25 Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut quid bibatis. neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum?
26 Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea; pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis ?
27 Quis vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?
28 Et de vestimento quid cogitatis? Considerate lilia agri quomodo crescunt; non laborant neque nent;
29 Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.
30 Si fœnum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicae fidei?
31 Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur?
32 { hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.
33 { Quærite autem primum regnum Dei et justitiam ejus; et haec omnia adicientur vobis.
34 { Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Sufficit diei malitia sua.

CAPITULUM 7

1 Nolite judicare, ut non judicemini.
2 In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini : et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.
3 Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides ?
4 Aut quomodo dices fratri tuo: Sine eiciam festucam de oculo tuo. et ecce trabis in oculo tuo?
5 Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo; et tunc videbis festucam eicere de oculo fratris tui.
6 nolite dare sanctum canibus neque proicietis margaritas vestras ante porcos ne conculcent eas sub pedibus suis et convertantur et dilaniabunt
7 Petite, et dabitur vobis; quaerite et invenietis; pulsate, et aperietur vobis;
8 Omnis enim qui petit, accipit; et, qui quaerit, invenit; et pulsanti aperietur.
9 Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei?
10 Aut si piscem petierit, numquid serpentem dabit illi?
11 Si ergo vos, cum sitis mali, nostis dona bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se?
12 Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite eis; haec est enim lex et prophetae.
13 intrate per angustam portam quia lata porta et lata via est quae ducit ad perditionem et multi sunt qui ingrediuntur per eam
14 Angusta porta, et arcta via quae ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam.
15 Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.
16 { a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvam, aut de tribulis ficus?
17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor fructus malos facit.
18 Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.
19 Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.
20 Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.
21 Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est.
22 Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? et in nomine tuo daemonia eiecimus? et in nomine tuo virtutes multas fecimus?
23 Et tunc confitebor illis: Numquam novi vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem.
24 Omnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram:
25 et descendit pluvia et venerunt flumina et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram.
26 et omnis qui audit verba mea haec et non facit ea assimilabitur viro stulto qui aedificavit domum suam supra arenam
27 et descendit pluvia et venerunt flumina et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et non cecidit; et cecidit, et fuit ruina illius magna.
28 Et factum est, cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus.
29 Erat enim docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribæ eorum, et pharisæi.

Capitulum 8

1 Cum autem descendisset de monte, secutae sunt eum turbae multae.
2 et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.
3 { Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. mundaberis. Et confestim mundata est lepra ejus.

4 Et ait illi Iesus: “ Vide, nemini dixeris; sed vade, ostende te sacerdoti et offer munus, quod praecepit Moyses in testimonium illis.
5 Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum,
6 Et ait: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur.
7 { Dicit ei Jesus: Ego venio et sanabo eum.
8 Respondit centurio, et dixit: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.
9 Nam et ego homo sum sub potestate, habens sub me milites. Et dico huic: “ Vade, et vadit; et alii, Veni, et venit; et servo meo, Fac hoc, et facit.
10 Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem, neque in Israël.
11 Dico autem vobis, quia multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælorum.
12 filii autem regni eicientur in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium
13 Et dixit Jesus centurioni: Vade. et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.
14 Et cum venisset Jesus domum Petri, vidit socrum ejus positam, et febricitantem.
15 Et tetigit manum ejus, et dimisit eam febris, et surrexit, et ministrabat eis.
16 Vespere autem facto, offerebant ad eum multos habentes dæmonia: et ejiciebat spiritus verbo suo, et omnes male habentes sanabat.
17 ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem ipse languores nostros ipse tulit et infirmitates nostras portavit
18 Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum.
19 Et accedens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocumque ieris.
20 { Et dicit ei Jesus: Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.
21 Alius autem ex discipulis ejus dixit ei: Domine, permitte me primum ire, et sepelire patrem meum.
22 Et ait illi Jesus : Sequere me. et mortui mortuos suos sepeliant.
23 Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus.
24 et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus: ipse vero dormiebat.
25 Et accesserunt ad eum discipuli ejus, et suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus.
26 Et dicit eis Jesus : Quid timidi estis, modicae fidei ? Tunc surgens imperavit ventis et mari; et facta est tranquillitas magna.
27 Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei?
28 Et cum venisset trans fretum in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei duo daemonia habentes de monumentis exeuntes, saevi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam.
29 Et ecce clamaverunt, dicentes : Quid nobis et tibi, Jesu fili Dei ? Venisti huc ante tempus torquere nos?
30 Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens.
Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.
32 Et ait illis : Ite. Egressis autem illis, introierunt in gregem porcorum.
33 Pastores autem fugerunt: et venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia et quæ dæmonia acciderant.
34 Et ecce tota civitas exivit obviam Jesu. Et viso eo, rogabant eum ut discederet de finibus suis.

Capitulum 9

1 Et ascendens in naviculam, transfretavit, et venit in civitatem suam.
2 et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto et videns Iesus fidem illorum dixit paralytico Fili, bono animo es; dimittuntur tibi peccata tua.
3 Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.
4 Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?
5 Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua. aut dicere : Surge, et ambula ?
6 Ut autem sciatis quia Filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata — tunc ait paralytico : Surge, tolle grabatum tuum et vade in domum tuam ”.
7 Et surgens abiit in domum suam.
8 Videntes autem turbæ timuerunt, et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.
9 Et cum inde exisset Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, nomine Matthæum. Et dicit ei: Sequere me. Et surgens secutus est eum.
10 Et factum est, cum accumberet in domo Jesus, ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum eo et discipuli ejus.
11 Et videntes pharisæi, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester?
12 At Jesus audiens, ait : Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.
13 Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores.
14 Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: Quare nos, et pharisæi jejunamus frequenter, discipuli autem tui non jejunant?
15 Et ait illis Jesus : Numquid possunt filii nuptiarum lugere, quamdiu cum illis est sponsus ? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus : et tunc jejunabunt.
16 Nemo mittit pallium novum in vestimentum vetus: quod enim impletum est, aufert pallium, et peius scissura est.
17 Neque mittunt vinum novum in utres veteres: alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur, et utres pereunt: sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo conservantur.
18 Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, et adorabat eum, dicens: Filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet.
19 Et surgens Jesus sequebatur eum, et discipuli ejus.
20 Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti ejus.

21 Dicebat enim intra se: Si vel vestimentum eius tetigero, sana ero.
22 At Jesus conversus, et videns eam, dixit: Confide, filia; fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora.
23 Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibicines et turbam tumultuantem, dicebat:
24 { Recedite : non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.
25 Cum autem eiecta esset turba, intravit et tenuit manum eius, et surrexit puella.
26 Et exiit fama hæc in universam terram illam.
27 Et cum discessisset inde Jesus, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, et dicentes: Fili David, miserere nostri.
28 Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Jesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei : Utique, Domine.
29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis.
30 Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Jesus, dicens : Videte ne quis sciat.
31 Ut autem profecti, diffusi sunt in omnibus illis.
32 Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem.
33 Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, et miratæ sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israël.
34 Pharisæi autem dicebant : In principe dæmoniorum ejicit dæmonia.
35 Et circuibat Iesus omnes civitates et castella, docens in synagogis eorum et praedicans evangelium regni et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo.
36 Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem.
37 Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci.
38 Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

CAPITULUM 10

1 Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos et curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem.
2 Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus, Simon, qui dicitur Petrus: et Andreas frater ejus. Iacobum Zebedaei et Ioannem fratrem eius.
3 Philippus et Bartholomaeus; Thomas et Matthaeus publicanus; Iacobus Alphei et Lebbaeus, cognomento Thaddaeus;
4 Simon Chananaeus, et Judas Iscariotes, qui et tradidit eum.
5 hos duodecim misit Iesus et praecepit illis dicens in viam gentium ne abieritis et in civitates Samaritanorum ne intraveritis
6 sed ite potius ad oves quae perierunt domus Israhel
7 Euntes autem prædicate, dicentes : Quia appropinquavit regnum cælorum.
Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, daemones eicite: gratis accepistis, gratis date.
9 Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris :
10 neque peram in via neque duas tunicas neque calceamenta neque virgam;
11 In quamcumque autem civitatem aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit; et ibi manete donec exeatis.
12 Intrantes autem domum, salutate eam.
13 Et si fuerit domus digna, veniat pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos revertatur.
14 Et quicumque non receperit vos, neque audiveritis verba vestra, exeuntes de domo illa vel civitate, excutite pulverem pedum vestrorum.
15 Amen dico vobis : Tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.
16 Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ.
17 Cavete autem ab hominibus: tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos.
18 et ad praesides et ad reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus.
19 Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.
20 Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.
Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater puerum, et insurgent filii in parentes, et morte afficient eos.
22 Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic salvus erit.
23 Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam: amen enim dico vobis, non consummabitis civitates Israel, donec veniat Filius hominis.
Non est discipulus super dominum suum, neque servus super dominum suum.
25 Sufficit discipulo ut sit sicut dominus suus: et servus sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?
26 Ne ergo timueritis eos. et occultum quod non scietur.
27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine : et quod in aure auditis, prædicate super tecta.
28 Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.
29 Nonne duo passeres asse veneunt? et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.
30 Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere : multis passeribus pluris estis.
32 Quisquis ergo me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.
33 Quisquis autem me negaverit coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.
34 Nolite putare quoniam veni pacem mittere in terram : non veni pacem mittere, sed gladium.
35 veni enim contra patrem suum et filiam contra matrem suam et nurum contra socrum suam
36 et inimici hominis domestici eius.
37 Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus : et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.
38 Et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus.
39 Qui invenerit animam suam, perdet eam : et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

40 Qui recipit vos, me recipit : et qui me recipit, recipit eum qui me misit.
41 Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et, qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.
42 Si quis autem potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

CAPUT XI

1 Et factum est, cum consummasset Jesus imperare duodecim discipulis suis, inde discessit docere et praedicare in civitatibus suis.
2 Cum audisset autem Joannes in vinculis opera Christi, misit duos discipulos suos,
3 dixit illi: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?
4 { Respondit Jesus, et dixit eis: Ite, et ostendite Joanni quæ auditis et videtis.
5 Caeci vident, et claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur.
6 Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.
7 Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?
8 Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.
9 Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam.
10 Hic est enim, de quo scriptum est : Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
11 Amen dico vobis : Maior inter natos mulierum non surrexit Joanne Baptista : qui autem minor est in regno cælorum, major est illo.
12 A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.
13 Omnes enim prophetae et lex usque ad Ioannem prophetaverunt;
14 et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.
15 Qui habet aures audiendi, audiat.
16 Cui assimilabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro et convocatis sociis;
17 et dicentes: Cecinimus vobis, et non saltastis; flebamus vobis, et non planxistis.
18 Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, et dicunt: Dæmonium habet.
19 Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt: Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis.
20 Tunc cœpit exprobrare civitatibus in quibus factae sunt plurimae virtutes eius, eo quod non resipiscant.
21 Vae tibi, Chorazin! væ tibi Bethsaida! si enim in Tyro et Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere pœniterent.
22 Verumtamen dico vobis : Tyro et Sidoni remissius erit in die judicii, quam vobis.
23 Et tu, Capharnaum, qui exaltatus es in caelum, deduceris in infernum; si enim factae sunt in te virtutes, quae factae sunt in Sodomis, mansissent usque in hodiernum diem.
24 Ego autem dico vobis : Terra Sodomorum remissius erit in die judicii, quam tibi.
25 In illo tempore respondens Iesus dixit: “ Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.
26 Ita Pater : sic enim visum est in conspectu tuo.
Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.
28 Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.
29 Tollite iugum meum super vos, et discite a me; quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.
30 Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

CAPITULUM 12

1 In illo tempore: Abiit Iesus sabbato per sata; Esurientes autem discipuli eius coeperunt vellere spicas et manducare.
Pharisæi autem videntes, dixerunt ei : Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis.
3 At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit David, quando esuriit, et qui cum eo erant?
4 Quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?
5 Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in facro sabbatum violant, et sine crimine sunt?
6 Dico autem vobis, quia templo major est hic.
7 Si autem sciretis quid sit : Misericordiam et non sacrificium, et non innocentes, condemnabitis.
Dominus est enim Filius hominis etiam sabbati.
9 Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum.
10 Et ecce homo manum habens aridam. Et interrogabant eum dicentes: “ Licet sabbatis curare? ut accusarent eum.
11 Et dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, et si ceciderit sabbatis in foveam, nonne tenebit et levabit eam?
12 Quanto magis melior est homo ove ? Unde licet sabbatis bene facere.
13 Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit. et restituta est sicut alter.
14 Exeuntes autem pharisæi, consilium inierunt contra eum, ut eum perderent.
15 Iesus autem sciens recessit inde et secutae sunt eum turbae multae et curavit eos omnes
16 Et comminabantur eis ne manifestarent illum.
17 ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem
18 [Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. dilecte mi, in quo bene complacuit anima mea: spiritum meum ponam super eum, et iudicium gentibus dabit.
19 Non contendet, neque clamabit; nec audiet aliquis in plateis vocem eius.
20 Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non exstinguet, donec mittat ad victoriam iudicium.
21 Et in nomine ejus sperabunt gentes.
22 Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, et mutus, et curavit eum ita ut loqueretur, et videret.
23 Et stupebant omnes turbæ, et dicebant: Numquid hic est filius David?

24 Pharisæi autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.
25 { Sciens autem Jesus cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur. et non omnis civitas, aut domus in semetipsam dispertiatur:
26 Et si Satanas Satanam eicit, adversus se divisus est; quomodo ergo stabit regnum eius?
27 Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.
28 Si autem ego in Spiritu Dei eiicio dæmonia, ergo pervenit in vos regnum Dei.
29 Alioquin quomodo potest quis introire in domum fortis, et vasa eius diripere, nisi prius alligaverit fortem? et tunc domum ejus diripiet.
30 Qui non est mecum, contra me est; et qui non congregat mecum, spargit.
31 Ideo dico vobis: Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemia non remittetur.
32 Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro.
33 Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum; aut facite arborem malam, et fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur.
34 Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali ? ex abundantia enim cordis os loquitur.
35 Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala.
36 Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii.
37 Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.
38 Tunc responderunt ei quidam de scribis et pharisæis, dicentes: Magister, volumus a te signum videre.
39 Qui respondens ait illis: Generatio mala et adultera signum requirit; et signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae:
40 Erat enim Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus; sic erit Filius hominis tribus diebus et tribus noctibus in corde terrae.
41 viri Ninivitae surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam quia egerunt paenitentiam in praedicatione Ionae et ecce plus quam Iona hic!
42 Regina Austri surget in judicio cum generatione hac, et condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. et ecce plus quam Salomon hic.
43 Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quaerens requiem, et non invenit.
44 Tunc dicit : Revertar in domum meam unde exivi. et cum venerit, invenit vacuum, scopis mundatam, et ornatam.
45 Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, et intrantes habitant ibi : et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit et generationi huic pessimae.
46 Adhuc eo loquente ad populum, ecce mater ejus et fratres stabant foris, volentes loqui cum eo.
47 Dixit ergo ei quidam : Ecce mater tua et fratres tui foris stant, volentes loqui tecum.
48 At ipse respondens dicenti sibi, ait : Quæ est mater mea ? et qui sunt fratres mei?
49 Et extendens manum in discipulos suos, dixit : Ecce mater mea et fratres mei.
50 Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.

CAPITULUM 13

1 In illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare.
2 et conveniunt ad eum turbae multae ut ascendens in naviculam sederet et omnis multitudo stabat in litore.
3 et multa in parabolis dicebat illis dicens ecce exiit qui seminat seminare;
4 Et cum seminat, quaedam ceciderunt secus viam, et venerunt volucres et comederunt ea.
5 Alia ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam: et continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terrse:
6 { sole autem orto æstuaverunt; et quia non habebant radicem, aruerunt.
7 Et aliud cecidit inter spinas; et creverunt spinae et suffocaverunt ea;
8 Alia autem ceciderunt in terram bonam: et dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.
9 Qui habet aures audiendi, audiat.
10 Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?
11 { Ipse autem respondens ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum.
12 Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit: qui autem non habet, et quod habet auferetur ab eo.
13 Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident; et audientes non audiunt, neque intelligunt.
14 Et in illis impleta est prophetia Isaiae, dicentis: “ Auditu audietis, et non intellegetis; et videbitis et non videbitis
15 Ingravatum est enim cor populi hujus, et aures ejus graviter auditus, et oculos suos clauserunt; ne forte oculis videant, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos.
16 Vestri autem beati oculi, quia vident, et aures vestrae, quia audiunt.
17 amen enim dico vobis quia multi prophetae et iusti desideraverunt videre quae vos videtis et non vidistis et ea quae auditis, et non audistis.
18 Vos ergo audite parabolam seminantis.
19 Omnis qui audit verbum regni, et non intelligit, venit malus, et rapit quod seminatum est in corde ejus. Hic est qui secus viam seminatus est.
20 Qui autem in petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, et continuo cum gaudio accipit illud;
21 non habet autem in se radicem sed est tempus quoniam tribulatio sive persecutio orta est propter verbum continuo scandalizatur
22 Qui autem in spinis seminatus est, hic est qui verbum audit. et sollicitudo sæculi hujus, et deceptio divitiarum suffocat verbum, et sine fructu efficitur.
23 Qui autem in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, et intelligit. aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.
aliam parabolam proposuit eis dicens simile est regnum caelorum homini seminanti bonum semen in agro suo

25 Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit.
26 Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania.
accedentes autem servi patris familias dixerunt ei domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo unde ergo habet zizania?
28 Ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Dixerunt ei servi : Vis ergo imus et colligimus ea ?
29 At ille dixit : Non. ne colligentes zizania eradicetis cum eis et triticum.
30 Sinite utraque crescere usque ad messem: et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.
31 aliam parabolam proposuit eis dicens simile est regnum caelorum grano sinapis quod accipiens homo seminavit in agro suo
32 Quod quidem minimum est omnium seminum: cum autem creverit, major est inter herbas, et fit lignum: ita ut veniant volucres cæli, et in ramis ejus manent.
33 Aliam parabolam proposuit eis. Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria, donec fermentatum est totum.
34 Haec omnia in parabolis dicebat turbis; sine parabola autem non loquebatur eis
35 ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum; Quae abscondita sunt ab origine mundi proferam.
36 Dimisit ergo Jesus turbas, et abiit in domum suam. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.
37 { Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.
38 Ager autem est mundus. bonum semen sunt filii regni; zizania autem filii sunt nequam.
39 Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus. messis vero consummatio sæculi est. Messores autem, angeli sunt.
40 sicut ergo colliguntur zizania et igni conburuntur sic erit in consummatione saeculi sic erit in fine saeculi.
41 mittet Filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem
42 { et mittent eos in caminum ignis.
43 Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.
44 Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro; quam cum invenerit homo abscondit et prae gaudio illius vadit et vendit universa quae habet et emit agrum illum
45 simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas
46 Et cum invenisset unam pretiosam margaritam, abiit et vendidit omnia, quae habebat, et emit eam.
47 Iterum simile est regnum caelorum sagenae missae in mare, et ex omni genere congreganti:
48 quam cum impleta esset, applicuerunt: et sedentes, congregaverunt bonos in vasa, malos autem eiecerunt.
49 sic erit in consummatione sseculi exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum
50 { et mittent eos in caminum ignis.
51 Dicit eis Jesus : Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei: Utique, Domine.
52 Tunc ait illis: " Ideo omnis scriba, qui natus est in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.
53 Et factum est, cum consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde.
54 Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagoga eorum, ita ut mirarentur, et dicerent: Unde huic sapientia hæc, et virtutes?
55 Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? et fratres eius Iacobum et Ioseph et Simonem et Iudam?
56 Et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?
57 { Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis : Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, et in domo sua.
58 Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

CAPITULUM 14

1 In illo tempore Herodes tetrarcha audita est fama Jesu,
2 { Dixitque ad servos suos: Hic est Joannes Baptista. resurrexit a mortuis. et ideo virtutes in illo se ostendunt.
Herodes enim tenuit Joannem, et alligavit eum: et posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui.
4 Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam.
5 Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant.
6 Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, et placuit Herodi.
7 Unde cum juramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo.
8 At illa præmonita a matre sua: Da mihi hic in disco caput Joannis Baptistæ.
9 Et contristatus est rex: verumtamen propter jusjurandum, et qui recumbebant, jussit illi dari.
10 Misitque et decollavit Joannem in carcere.
11 Et allatum est caput ejus in disco, et datum est puellæ : et attulit matri suæ.
12 Et accedentes discipuli ejus tulerunt corpus : et sepelierunt illud, et abierunt, et dixerunt Jesu.
13 Et cum audisset Jesus, abiit inde navi in desertum locum seorsum. Et cum audissent turbæ, secuti sunt eum pedibus de civitatibus.
14 Et exiens vidit turbam multam, et misertus est eis, et curavit languidos eorum.
15 Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: " Desertus est locus, et hora iam praeteriit; dimitte turbas, ut in castella vadant et emant sibi escas.
16 Iesus autem dixit eis: " Non habent necesse ire; date eis manducare.
17 Responderunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces.
18 Qui ait eis : Afferte illos ad me.
19 et iussit turbis discumbere super fenum et acceptis quinque panibus et duobus piscibus et aspiciens in caelum benedixit et fregit et discipulis suis dedit panes et discipuli turbae .
20 Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.
Erant autem qui manducaverunt quinque millia virorum, extra parvulos et mulieres.

22 Et statim coegit Jesus discipulos suos ascendere in navim, et praecedere eum trans fretum, cum dimitteret turbas.
23 Et cum dimisisset turbas, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi.
24 navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.
25 Quarta autem vigilia noctis abiit ad eos, ambulans supra mare.
26 Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. et prae timore clamaverunt.
27 Statimque Jesus locutus est eis, dicens : Habete fiduciam. ego sum; nolite timere.
28 Respondens autem Petrus, dixit : Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas.
29 At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum.
30 Videns vero ventum validum, timuit; et cum coepisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac.
31 Et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum : et ait illi : Modicæ fidei, quare dubitasti ?
32 Et cum ascendissent in naviculam, cessavit ventus.
33 Qui autem in navicula erant, venerunt, et adoraverunt eum, dicentes : Vere Filius Dei es.
34 Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesar.
35 Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, et obtulerunt ei omnes male habentes.
36 et rogabant eum ut fimbriam vestimenti eius tangerent et quotquot tangebant eum salvi facti sunt

Capitulum 15

1 Tunc accesserunt ad Jesum scribae et pharisæi, qui erant ab Jerosolymis, dicentes:
Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas cum panem manducant.
3 Ipse autem respondens ait illis: Quare et vos transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram?
4 Nam Deus præcepit, dicens : Honora patrem tuum, et matrem : et, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.
5 Vos autem dicitis: “Quicumque dixerit patri vel matri: Munus est, quodcumque ex me profuerit;
6 Patrem suum et matrem non honorificabit, liber erit. Sic irritum fecistis mandatum Dei per traditionem vestram.
7 hypocritae bene prophetavit de vobis Esaias dicens
8 Populus hic labiis me appropinquat, et labiis suis honorat me; cor autem eorum longe est a me.
9 Sed frustra colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum.
10 Et convocata turba, dixit eis : Audite, et intelligite.
11 Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.
12 Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei : Scis quia pharisæi scandalizati sunt, postquam audierunt hunc sermonem ?
13 { At ipse respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur.
14 Sinite illos: cæci sunt duces cæcorum. cæcus autem si cæcum ducat, ambo in foveam cadunt.
15 Respondens autem Petrus dixit ei : Edissere nobis parabolam istam.
16 { At ille dixit: Adhuc et vos imprudentes estis?
17 Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessum emittitur ?
18 Quae autem procedunt de ore, de corde procedunt; et coinquinant hominem.
19 de corde enim exeunt cogitationes malae homicidia adulteria fornicationes furta falsa testimonia blasphemiae
20 Hæc sunt, quæ coinquinant hominem : non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.
21 Et abiit inde Jesus, et abiit in fines Tyri et Sidonis.
22 Et ecce mulier Chananaea de finibus illis clamabat ad eum, dicens: Miserere mei, Domine, fili David; Filia mea male a daemonio vexatur.
23 Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam. post nos enim clamat.
24 Qui respondens dixit : Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.
25 At illa venit, et adoravit eum, dicens : Domine, adjuva me.
26 Qui respondens ait : Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus.
27 At illa dixit : Etiam Domine : nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.
28 Tunc respondens Jesus, dixit illi : O mulier, magna est fides tua : fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.
29 Et cum transisset inde Iesus, venit ad mare Galilaeae; Et ascendens in montem, sedebat ibi.
30 Et accesserunt ad eum turbae multae, habentes secum claudi, caecos, mutos, debiles, et alios multos: et proiecerunt ante pedes eius. et sanavit eos;
31 In tantum ut mirarentur turbae, videntes mutum loqui, debiles sanos, claudos ad gressum, caecos ad videndum; et glorificaverunt Deum Israel.
32 Jesus autem convocatis discipulis suis, dixit : Misereor turbæ, quia triduo jam perseverant mecum, et non habent quod manducent : et jejunantes eos non dimittam, ne deficiant in via.
33 Et dicunt ei discipuli ejus: Unde habemus panes tantum in deserto, ut tantam multitudinem impleamus?
34 Et ait illis Jesus : Quot habetis panes ? At illi dixerunt : Septem, et paucos pisciculos.
35 et præcepit turbæ discumbere super terram.
36 et accipiens septem panes et pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis suis et discipuli turbae
37 Et comederunt omnes, et saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.
38 Erant autem qui manducaverunt quatuor millia hominum, extra parvulos et mulieres.
39 Et, dimissa turba, ascendit in naviculam: et venit in fines Magedan.

Caput 16

1 Pharisæi autem cum sadducæis venientes, rogabant eum, ut signum de cælo ostenderet eis.
2 Qui respondens, ait illis : Vespere autem dicitis : Serenum erit, rubicundum est enim cælum.

3 Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. O hypocritae, faciem caeli diiudicatis; Faciem ergo cæli dijudicare nostis : signa autem temporum non potestis scire ?
4 Generatio nequam et adultera signum quaerit; et signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae. Et relictis illis, abiit.
5 Et cum venissent discipuli ejus trans fretum, obliti sunt panes accipere.
6 { Tunc dicit illis Jesus: Videte, et cavete a fermento pharisæorum et sadducæorum.
7 At illi cogitabant intra se dicentes: Quia panes non accepimus.
8 Quod cum vidisset Iesus, dixit eis: " Modicae fidei, quid cogitatis inter vos, quia panes non habetis?
9 Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum quinque millia, et quot sportas sumpsistis?
10 Neque septem panes quatuor millia, et quot sportas sumpsistis?
11 Unde nescitis quoniam non de pane locutus sum vobis, ut caveatis a fermento pharisaeorum et sadducaeorum?
12 Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum a fermento panum, sed a doctrina pharisæorum et sadducæorum.
13 Cum venisset Jesus in partes Caesareae Philippi, interrogavit discipulos suos, dicens : Quem dicunt homines esse Filium hominis ?
14 At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam. alii vero Jeremias, vel unus ex prophetis.
15 Dicit illis Jesus : Vos autem, quem me esse dicitis ?
16 Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi.
17 Respondens autem Iesus dixit ei: " Beatus es, Simon Bariona: quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est.
18 et ego dico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam.
19 Et tibi dabo claves regni cælorum: et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum in cælis.
20 Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset Jesus Christus.
21 Exinde coepit Jesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Jerosolymam, et multa pati a senioribus, et principibus sacerdotum, et scribis, et occidi, et tertia die resurgere.
22 Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens: Absit a te, Domine: non erit tibi hoc.
23 Qui conversus, et dixit Petro: Vade post me, Satana: scandalum mihi es: non enim sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt.
24 Dixit ergo Jesus ad discipulos suos : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.
25 Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.
26 Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae perdat? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?
27 Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera sua.
28 Amen dico vobis : Sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

CAPUT XVII

1 Et post dies sex assumit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem fratrem ejus, et ducit illos in montem excelsum seorsum.
2 et transfiguratus est ante eos: et resplenduit facies ejus sicut sol: vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.
3 Et ecce apparuerunt illis Moyses et Elias cum eo loquentes.
4 Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: " Domine, bonum est nos hic esse; si vis, faciamus hic tria tabernacula; et tibi unum et Moysi unum et Eliae unum.
5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: " Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite.
6 Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, et timuerunt valde.
7 Et accessit Jesus, et tetigit eos : dixitque eis : Surgite, et nolite timere.
8 Levantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Jesum.
9 Et descendentibus illis de monte, præcepit illis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat.
10 Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire?
11 { Respondit Jesus, et dixit eis: Elias vere veniet primus et restituet omnia.
12 Dico autem vobis quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Similiter et Filius hominis passurus est ab eis.
13 Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis.
14 Et cum venissent ad turbam, accessit ad eum vir quidam, genu flexo ante eum, dicens:
15 Domine, miserere filii mei, quoniam lunaticus est et vexatus est; sæpe enim cadit in ignem, et frequenter in aquam.
16 Et obtuli eum discipulis tuis, et non potuerunt curare eum.
17 Respondens autem Iesus dixit: " O generatio incredula et perversa, quousque ero vobiscum? usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me.
18 Jesus autem comminatus est diabolo. et curatus est puer ex illa hora.
19 Tunc accesserunt discipuli ad Jesum seorsum, et dixerunt: Quare non potuimus eicere eum?
20 { Dixit ergo eis Jesus: Propter incredulitatem vestram. et transibit; et nihil vobis impossibile erit.
21 Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem et jejunium.
22 { Conversantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Jesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum.
23 (17:22) et occident eum, et tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

24 Et cum venissent Capharnaum, accesserunt ad Petrum, et dixerunt: Magister vester non solvit tributum?
25 Ait: Etiam. Et cum intrasset domum, prævenit eum Jesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? reges terrae a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis?
26 Dicit ei Petrus : Ab alienis. Dicit ei Jesus : Ergo liberi sunt filii.
27 Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare et mitte hamum et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle; et cum aperueris os eius, invenies staterem: illum sumens, da eis pro me et te.

Capitulum 18

1 In illo tempore accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, maior est in regno cælorum?
2 Et vocavit ad eum Jesus parvulum, et posuit eum in medio eorum.
3 et dixi: amen dico vobis: Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum.
4 Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic maior est in regno caelorum.
5 Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.
6 Si quis autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris.
7 { Væ mundo a scandalis! Necesse est enim ut veniant scandala; Vae autem homini illi per quem scandalum venit!
8 Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, et projice abs te : bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.
9 Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te : bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.
10 Videte ne contemnatis unum ex his pusillis; dico enim vobis quod angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei qui in caelis est
11 Venit enim Filius hominis salvare quod perierat.
12 Quid vobis videtur? si habet centum oves, et erravit una ex eis, nonne relinquit nonaginta novem et vadit in montes et quaerit quod erravit?
13 Et si tamen invenerit, amen dico vobis, plus gaudet de ovibus illis, quam de nonaginta novem, quae non erraverunt.
14 Sic non est voluntas Patris vestri, qui in cælis est, ut pereat unus ex pusillis istis.
15 si autem peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum si te audierit lucratus es fratrem tuum
16 Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.
17 Quod si non audierit eos : dic ecclesiæ : si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.
18 Amen, dico vobis: Quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum in caelis: et quodcumque solveritis super terram, erit solutum in caelis.
19 Iterum dico vobis: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quam petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est.
20 Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.
21 Tunc accedens Petrus ad eum, dixit : Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei ? usque septies?
22 Dicit illi Jesus : Non dico tibi usque septies : sed usque septuagies septies.
23 Propterea simile est regnum caelorum homini regi, quod habet rationem de servis eius.
24 Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talentorum.
25 Cum autem non redderet, dominus suus vendidit eum, et uxorem, et filios, et omnia, quae habebat, et reddi.
26 Procidens autem servus ille, orabat eum, dicens : Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi.
27 Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, et debitum dimisit ei.
28 Exiit autem idem servus, et invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: et apprehendit eum manus, dicens: Redde mihi quod debes.
29 Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens : Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi.
30 Ille autem noluit, sed abiit et misit eum in carcerem, donec redderet debitum.
31 Videntes autem conservi eius quod factum est, contristati sunt valde, et venerunt et nunciaverunt domino suo omnia quae fiebant.
32 Tunc vocavit illum dominus suus, et ait illi : Serve nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me.
33 Non ergo oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus sum?
34 Et iratus dominus ejus, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum suum.
35 Sic et Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

CAP 19

1 Et factum est, cum consummasset Jesus verba hæc, migravit a Galilæa, et venit in fines Judææ trans Jordanem.
2 Et secutae sunt eum turbae multae; et curavit eos ibi.
3 Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, et dicentes : Licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa ?
4 qui respondens ait illis non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos
5 et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una?
6 Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.
7 Dicunt illi : Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, et dimittere ?
8 Ait illis : Moyses propter duritiam cordis vestri permisit vos dimittere uxores vestras, ab initio autem non sic.
9 Dico autem vobis: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur.
10 Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.

11 Qui dixit illis : Non omnes capiunt verbum istud, nisi quibus datum est.
12 sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus et sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum qui potest capere capiat Qui potest capere capiat.
13 Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, et oraret.
14 Jesus vero ait eis : Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire : talium est enim regnum cælorum.
15 Et imposuit eis manus, et profectus est inde.
16 Et ecce unus accedens dixit ei: “ Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam aeternam?
17 Qui dixit ei : Quid me dicis bonum ? non est bonus nisi unus, id est Deus: si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata.
18 Dicit illi: Quæ? Jesus dixit, Non homicidium facies, Non moechaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices,
19 Honora patrem tuum et matrem tuam, et diliges proximum tuum sicut teipsum.
20 Dicit illi adolescens : Omnia hæc custodivi a juventute mea : quid adhuc mihi deest ?
21 Ait illi Jesus : Si vis perfectus esse, vade, et vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo : et veni, et sequere me.
22 Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.
23 Dixit ergo Jesus ad discipulos suos : Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cælorum.
24 Et iterum dico vobis : Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei.
25 Et audientes discipuli eius mirabantur valde, dicentes: Et quis potest salvus fieri?
26 Jesus autem videns eos, dixit eis : Apud homines hoc impossibile est ; apud Deum autem omnia possibilia sunt.
27 Respondens autem Petrus dixit ei: “ Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te; quid ergo habebimus?
28 et dixit eis Iesus amen dico vobis quia vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit Filius hominis in throno gloriae suae sedebitis et vos super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.
29 Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.
30 Multi autem erunt primi novissimi. et erunt novissimi primi.

CAPITULUM 20

1 Simile est enim regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.
Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.
3 Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos;
4 Et ait illis. Ite et vos in vineam meam, et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt.
5 Iterum exiit circa horam sextam et nonam, et fecit similiter.
Circa undecimam autem exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis : Quid hic statis tota die otiosi ?
7 Dicunt ei : Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite et vos in vineam meam. et, quod iustum est, accipietis.
8 Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo : Voca operarios, et redde illis mercedem incipiens a novissimis usque ad primos.
9 Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.
10 Venientes autem primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi; et ipsi singulos denarios.
11 Qui cum acceperant, murmurabant contra patremfamilias,
12 dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et aestum.
13 At ille respondens uni eorum, dixit : Amice, non facio tibi injuriam : nonne ex denario convenisti mecum ?
14 Tolle quod tuum est, et vade : dabo tibi hoc ultimum sicut et tibi.
15 Aut non licet mihi quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?
16 Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi: multi enim sunt vocati, pauci vero electi.
17 Ascendens autem Jesus Jerosolymam, assumpsit secreto duodecim discipulos suos, et dixit illis :
18 Ecce ascendimus in Ierusalem; et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et condemnabunt eum usque ad mortem
19 Et tradent eum gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum: et tertia die resurget.
20 Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo.
21 Qui dixit ei : Quid vis ? Ait illi : Fac ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo.
22 Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibo, et baptismo quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei : Possumus.
23 et ait illis quidem calicem meum bibetis et baptismo quo ego baptizor baptizari sed sedere ad dexteram meam et ad sinistram non est meum dare sed erit eis datum est pro quibus paratum est a Patre meo.
24 Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.
25 Jesus autem vocavit eos ad se, et ait : Scitis quia principes gentium dominantur eorum, et qui magnam potestatem habent super eos.
26 Sed non sic erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior esse, erit vester minister;
27 Et quicumque voluerit inter vos primus esse, sit vester servus:
28 Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis.
29 Et egredientibus eis ab Iericho, secuta est eum turba multa.
30 Et ecce duo cæci sedentes secus viam, cum audissent quia Jesus transiret, clamaverunt, dicentes: Miserere nostri, Domine fili David.
31 Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David.
32 Stans autem Jesus vocavit eos, et ait : Quid vultis vobis faciam ?
33 Dicunt ei : Domine, ut aperiantur oculi nostri.

34 Misertus autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, et secuti sunt eum.

CAPUT XXI

1 Et cum appropinquassent Jerosolymam, et venissent Bethphage in montem Olivarum, misit Jesum duos discipulos,
2 { dicens eis: Ite in castellum, et statim invenietis cum ea asinum ligatum, et pullum: solvite eos, et adducite ad me.
3 et si quis vobis aliquid dixerit dicite quia Dominus his opus habet et confestim dimittet eos et confestim dimittet eos.
4 Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem :
5 Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum filium subjugalis.
6 Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus.
7 Et adduxerunt asinum, et pullum, et imposuerunt eis vestimenta sua, et imposuerunt eum super eum.
8 Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via; alii ramos de arboribus succidunt, et in via straverunt.
9 turbae autem quae praecedebant et quae sequebantur clamabant dicentes osanna Filio David benedictus qui venit in nomine Domini Hosanna in excelsis.
10 Et cum intrasset Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic?
11 Populi autem dicebant: Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilææ.
12 Et intravit Jesus in templum Dei, et eiecit omnes vendentes et ementes in templo, et mensas nummulariorum, et cathedras vendentium columbas subvertit,
13 { Et ait illis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis eam speluncam latronum.
14 Et accesserunt ad eum cæci, et claudi in templo. et curavit eos.
15 Videntes autem principes sacerdotum et scribæ mirabilia quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes: Hosanna filio David: indignati sunt, graviter ferebant;
16 et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis : Utique. numquam legistis: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem?
17 Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: ibique mansit.
18 Mane autem revertens in civitatem, esuriit.
19 Et videns fici arborem unam in via, accessit ad eam, et nihil invenit in eo, nisi folia tantum, et dixit ei: Nemo ex te fructus nascatur in sempiternum. Et mox arefacta est ficus.
20 Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo aruit ficus?
21 respondit Iesus et dixit eis amen dico vobis si habueritis fidem et non dubitaveritis non solum quod factum est ficu hoc facietis sed et si dixeritis monti huic amove et in mare projice; quid fiet.
22 Et omnia quæcumque orando petieritis, credentes accipietis.
23 Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, et seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? et quis tibi dedit hanc potestatem?
24 { Respondens Jesus dixit eis: Interrogabo vos et ego unum sermonem: quem si dixeritis mihi, et ego vobis dicam in qua potestate hæc facio.
25 Baptismus Joannis unde erat? e cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus, De caelo; Dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei?
26 Si dixerimus: Ex hominibus. timemus populum; Omnes enim habebant Joannem sicut prophetam.
27 Et respondentes Jesu, dixerunt: Nescimus. Et ait illis : Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.
28 { Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios; Et accedens ad primum, dixit : Fili, vade hodie, operare in vinea mea.
29 Ille autem respondens, ait : Nolo.
30 Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait : Eo, domine, et non ivit.
31 quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei : Primus. Dicit eis Iesus: “ Amen dico vobis: Publicani et meretrices praecedunt vos in regnum Dei.
32 Venit enim ad vos Ioannes in via justitiæ, et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei: vos autem cum vidissetis, non pœnituit postea, ut crederetis ei.
33 Aliam parabolam audi: Pater erat quidam, qui plantavit vineam, et circumsepsit eam, et fodit in ea torcular, et ædificavit turrim, et locavit eam agricolis, et abiit in regionem longinquam.
34 Cum autem appropinquaret tempus fructuum, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus.
35 Tulerunt autem agricolae servos suos, et alium ceciderunt, et alium occiderunt, et alium lapidaverunt.
36 Iterum misit alios servos quam primum: et fecerunt illis similiter.
37 Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens : Verebuntur filium meum.
38 Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se : Hic est hæres. venite, occidamus eum, et habebimus hereditatem eius.
39 Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, et occiderunt.
40 Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis ?
41 Aiunt illi : Malos male perdet : et vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.
42 Dicit eis Jesus : Numquam legistis in Scripturis : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli : a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris ?
43 Ideo dico vobis : Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus.
44 Et quicumque ceciderit super lapidem istum, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum.
45 Cum audissent principes sacerdotum et pharisæi parabolas ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret.
46 Et quærentes eum tenere, timuerunt turbam: quoniam sicut prophetam eum habebant.

CAPUT XXII

1 Respondens autem Iesus iterum per parabolas locutus est eis et dixit:

2 Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.
3 Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et nolebant venire.
4 Iterum misit alios servos, dicens : Dicite vocatis : Ecce prandium meum paravi : tauri mei et altilia occisa sunt, et omnia parata : venite ad nuptias.
5 Illi autem neglexerunt : et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam :
6 reliqui vero tenuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt
7 Rex autem cum audisset, iratus est: et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit.
8 Tunc ait servis suis : Nuptiæ paratæ sunt, sed non qui invitati erant digni.
9 Ite ergo ad vias, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.
10 Exierunt ergo servi illi in vias, et congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos: et impletae sunt nuptiae discumbentium.
11 Intravit autem rex ut videret discumbentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.
12 Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.
13 Tunc dicit rex ministris: Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium.
14 Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.
15 Tunc abeuntes pharisæi, consilium inierunt ut caperent eum in sermone.
16 Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: “ Praeceptor, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces;
17 Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet dare tributum Caesari an non?
18 Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait : Quid me tentatis, hypocritæ ?
19 Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.
20 Et ait illis : Cujus est imago hæc, et inscriptio ?
21 Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis : Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari. et quae dei sunt Deo.
22 Et audientes mirati sunt, et relicto eo abierunt.
23 in ipsa die accesserunt ad eum Sadducaei dicentes quia resurrectio non est et rogaverunt eum
24 dicens: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem suam, et suscitet semen fratri suo.
25 Erant autem apud nos septem fratres: et primus, cum duxerat uxorem, defunctus est, et non habens prolem, reliquit uxorem suam fratri suo:
26 Similiter secundus, et tertius usque ad septimum.
Novissime omnium mortua est et mulier.
28 In resurrectione ergo cujus erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam.
29 Respondit Jesus, et dixit eis : Erratis nescientes Scripturas neque virtutem Dei.
30 In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cælis.
31 De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est vobis per Deum, dicens :
32 Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium.
33 Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus.
34 Pharisaei autem audientes quod silentium inposuisset Sadducaeis convenerunt in unum
35 Et interrogavit eum quidam ex ipsis legis doctor, tentans eum, et dicens:
36 Magister, quod est mandatum magnum in lege?
37 Ait illi Jesus : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua.
38 Hoc est primum et magnum mandatum.
39 Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum.
In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae.
41 Congregatis autem pharisæis, interrogavit eos Jesus,
42 dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: David.
43 ait illis quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum dicens
44 Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
45 Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?
46 Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

CAPITULUM 23

1 Dixit ergo Jesus ad turbas, et discipuli ejus :
2 dicentes: Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisæi.
3 Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate et facite; quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, et non faciunt.
4 Alligant enim onera gravia et importabilia, et imponunt in humeros hominum; sed ipsi digito uno non movebuntur.
5 Omnia autem opera sua faciunt ut videantur ab hominibus.
6 diligite autem primas cathedras in cenis et primas cathedras in synagogis
7 et salutate in foro et vocari ab hominibus rabbi.
8 Vos autem nolite vocari Rabbi. Unus est enim magister vester, Christus; omnes autem vos fratres estis.
9 Et patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cælis est.
10 neque domini vocati estis magister enim vester unus est Christus
11 Qui major est vestrum, erit vester servus.
12 Qui autem se exaltaverit, humiliabitur; et qui se humiliaverit, exaltabitur.
13 { Væ autem vobis, Scribæ et Pharisæi, hypocritæ. clauditis enim regnum caelorum adversus homines, quia neque in vobismetipsis neque introeuntes sinitis intrare.
14 Vae vobis, scribae et pharisaei, hypocritae! Vos enim domos viduæ comeditis, et in simulationem orare longam facite : propterea accipietis majorem judicium.
15 Vae vobis, scribae et pharisaei, hypocritae! nam et mare et terram circuitis ut unum proselytum faciatis, et cum fuerit factus, gehennae filium duplo magis quam vos faciatis.

16 Væ vobis, duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit in templo, nihil est; quicumque autem juraverit in auro templi, debet.
17 Stulti et cæci: quid enim majus est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum?
18 Et quicumque juraverit in altari, nihil est; quicumque autem juraverit in dono, quod est super illud, debet.
19 stulti et caeci quid enim maius est donum an altare quod sanctificat donum
20 Qui ergo juraverit in altari, jurat in eo et in omnibus quæ super illud sunt.
21 et qui juraverit in templo, jurat in illo, et in eo qui habitat in ipso.
22 Et qui jurat in cælo, jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super eum.
23 Vae vobis, scribae et pharisaei, hypocritae! mentam enim et anesum et cuminum solvatis, et graviora legis, judicii, misericordiae, et fidei omiseritis : haec oportuit facere, et illa non omittere.
24 Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.
25 Vae vobis, scribae et pharisaei, hypocritae! mundatis enim foris poculi et patinae, intus autem plenae sunt repetundarum et excessuum.
26 Pharisæe cæce, munda prius quod intus est poculi et patinae, ut sit et mundus.
27 { Væ vobis, Scribæ et Pharisæi, hypocritæ. nam similes estis sepulcris dealbatis, quae quidem foris apparent pulchra, sed intus plena sunt ossibus mortuorum, et omni immunditie;
28 Sic et vos justi apparebitis hominibus, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate.
29 { Væ vobis, scribe et pharisæi, hypocritæ! quoniam aedificatis monumenta prophetarum et ornatis monumenta iustorum
30 Et dixerunt: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum.
31 Propterea vos ipsi testes estis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt.
32 Et vos implete mensuram patrum vestrorum.
33 Serpentes, genimina viperarum, quomodo poteritis evadere judicium gehennæ?
34 propter quod ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas et ex illis occidetis et crucifigetis et ex eis flagellabitis in synagogis vestris et persequemini de civitate in civitatem
35 ut veniatis ad vos omnis sanguis justus effusus super terram a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariae filii Barachiæ, quem occidistis inter templum et altare.
36 Amen dico vobis: Omnia haec venient super generationem istam.
37 Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti.
38 Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.
39 dico enim vobis non me videbitis amodo donec dicatis benedictus qui venit in nomine Domini

CAPITULUM 24

1 Et egressus Jesus de templo, ibat : et accesserunt ad eum discipuli ejus, ut ostenderet ei ædificationes templi.
2 { Ipse autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur lapis super lapidem hic, qui non destruatur.
Sedente autem eo super montem Olivarum, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? Et quodnam signum adventus tui, et consummationis sæculi?
4 Et respondens Jesus, dixit illis : Videte ne quis vos seducat.
5 multi enim venient in nomine meo dicentes ego sum Christus et multos seducent.
6 Audietis autem prælia, et opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc omnia fieri, sed nondum finis.
Exsurget enim gens in gentem, et regnum in regnum: et erunt fames, et pestes, et terræmotus per loca.
8 Omnia haec dolorum initium sunt.
9 Tunc tradent vos ut affligantur, et occidant vos, et eritis odio habiti ab omnibus gentibus propter nomen meum.
10 Et tunc scandalizabuntur multi, et invicem tradent, et odio habebunt invicem.
11 Et multi pseudoprophetæ surgent, et seducent multos.
12 Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum.
13 Qui autem sustinuerit in finem, hic salvus erit.
14 Et praedicabitur hoc evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus; et tunc veniet finis.
15 Cum ergo videritis abominationem desolationis, de qua dictum est a Daniele propheta, sta in loco sancto, qui legit, intelligat:
16 Tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant in montes:
17 qui est in tecto, ne descendat tollere aliquid de domo sua;
18 neque qui in agro est, revertatur tollere vestimenta sua.
19 Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus !
20 Orate autem ut non fiat fuga vestra hieme, neque sabbato.
Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.
22 Et nisi breviati fuerint dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.
23 { Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic. ne credas.
Exsurgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et prodigia; adeo ut electos ipsos, si fieri possit, decipiant.
25 Ecce praedixi vobis.
26 Si ergo dixerint vobis : Ecce in deserto est, nolite exire ; ecce in penetralibus. ne credas.
27 Sicut enim fulgur exit ab oriente, et paret usque in occidente ; sic erit et adventus Filii hominis.
28 Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilæ.
29 statim post tribulationem dierum illorum sol contenebrabitur et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de caelo et virtutes caelorum commovebuntur
30 Et tunc apparebit signum Filii hominis in caelo: et tunc plangent omnes tribus terrae, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute et gloria magna.
31 Et mittet angelos suos cum tuba magna, et congregabunt electos suos a quatuor ventis, a summo cæli usque ad summum.
32 A ficu autem discite parabolam. Cum adhuc ramus ejus sit tener, et folia germinant, scitis quoniam prope est æstas.

33 Sic et vos, cum videritis haec omnia, scitote quod prope est ad ianuas.
34 Amen dico vobis: Non praeteribit haec generatio, donec omnia haec fiant.
35 Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.
36 De die autem illa et hora nemo scit: neque angeli cæli, sed Pater meus solus.
37 Sicut autem dies Noe, ita erit et adventus Filii hominis.
38 sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes nubentes et nuptum tradentes usque ad diem quo intravit in arcam Noe
39 et non cognoverunt donec venit diluvium et tulit omnes ita erit et adventus Filii hominis sic erit et adventus Filii hominis.
40 Tunc duo erunt in agro; unus affumetur, & alter relinquetur.
41 Duae molentes in mola; unus affumetur, & alter relinquetur.
42 Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.
43 Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam.
44 Ideo et vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis venit.
45 Quis est ergo servus fidelis et sapiens, quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis escam in tempore opportuno?
46 Beatus ille servus, quem cum venerit dominus, invenerit ita facientem.
47 Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.
48 Si autem dixerit servus ille malus in corde suo: Moram facit dominus meus venire.
49 Et incipiet percutere conservos suos, et manducare et bibere cum ebriis;
Veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua nescit;
51 et dividet eum partemque eius ponet cum hypocritis illic erit fletus et stridor dentium

CAP. XXV

1 Tunc simile erit regnum caelorum decem virginibus, quae accipientes lampades suas exierunt obviam sponso.
Quinque autem ex eis erant fatuae, et quinque fatuae.
3 Stultae lampades accipiebant, et oleum secum non ferebant;
prudentes vero acceperunt oleum in vasis cum lampadibus suis.
Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt.
6 media autem nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obviam ei.
Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas.
8 Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro. lampades enim nostrae exstinguuntur.
9 responderunt autem sapientes dicentes ne sic exaudias ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis.
10 Dum autem irent emere, venit sponsus; et quae parata erant intraverunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua.
11 Novissime autem veniunt et reliquæ virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis.
12 At ille respondens ait : Amen dico vobis, nescio vos.
13 Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam, in qua Filius hominis venit.
14 Sicut enim homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua.
15 Et uni dedit quinque talenta, alii duo, et alii unum; unicuique pro sua quisque facultate; et continuo iter arripuit.
16 Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque.
17 Similiter autem qui duo acceperat, lucratus est alia duo.
18 Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terra, et abscondit pecuniam domini sui.
19 Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et ponit rationem cum eis.
20 Accedens autem et qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens : Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum.
21 Ait illi dominus eius: “Euge, serve bone et fidelis; super pauca fuisti fidelis; super multa te constituam; intra in gaudium domini tui.
22 Accedens autem et qui duo talenta acceperat, ait : Domine, duo talenta tradidisti mihi : ecce alia duo lucratus sum.
23 Ait illi dominus eius: “Euge, serve bone et fidelis; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.
24 Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait : Domine, scio te quia homo durus es : metens ubi non seminasti, et congregas ubi non strasti :
25 et timens abii et abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.
26 Respondit dominus ejus, et dixit ei : Serve nequam et piger, scis quia meto ubi non seminavi, et congrego ubi non stravi.
Debes ergo dare pecuniam meam nummulariis, et tunc veniens cum usura recepi.
28 Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta.
29 omni enim habenti dabitur et abundabit ei autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo
30 Et inutilem servum eicite in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium.
31 Cum venerit Filius hominis in gloria sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloriae suae.
32 Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eas ab invicem, sicut pastor oves suas ab hœdis:
33 et ponet oves a dextris suis, hædos autem a sinistris.
34 Tunc dicet eis rex a dextris suis : Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.
35 Esurivi enim, et dedistis mihi cibum: sitivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me:
36 { Nudus, et induistis me: infirmus, et visitastis me: in carcere eram, et venistis ad me.
37 Tunc respondebunt ei justi, dicentes : Domine, quando te vidimus esurientem, et pavimus te ? aut sitientem et dedimus tibi potum?

38 quando te vidimus peregrinum, et collegimus te? aut
nudum, et cooperuimus te?
39 aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, et
venimus ad te ?
40 Et respondens rex, dicet illis : Amen dico vobis :
Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi
fecistis.
41 Tunc dicet et illis qui a sinistris sunt: "Discedite a me,
maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et
angelis eius".
42 Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare: sitivi, et
non dedistis mihi potum:
43 hospes eram, et non collegistis me: nudus, et non
induistis me: infirmus, et in carcere, et non visitastis me.
44 Tunc respondebunt ei et ipsi, dicentes : Domine, quando
te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut
nudum, aut infirmum, aut in carcere, et non ministravimus
tibi ?
45 Tunc respondebit eis, dicens : Amen dico vobis :
Quamdiu non fecistis uni ex his minimis, mihi non fecistis.
46 et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam
aeternam.

CAP 26

1 Et factum est, cum consummasset Jesus omnes sermones
istos, dixit ad discipulos suos:
2 Scitis quoniam post biduum Pascha est, et Filius hominis
tradetur, ut crucifigatur.
3 Tunc congregati sunt principes sacerdotum, et seniores
populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur
Caiphas:
4 et consilium fecerunt ut Jesum dolo tenerent, et
occiderent.
5 Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret
in populo.
6 Cum autem esset Jesus in Bethania, in domo Simonis
leprosi,
7 Venit mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, et
effudit super caput ipsius recumbentis.
8 Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Ut
quid perditio hæc?
potuit enim istud venundari multo, et dari pauperibus.
10 Sciens autem Jesus, ait illis : Quid molesti estis huic
mulieri ? opus enim bonum operata est in me.
11 Semper enim pauperes habetis vobiscum; me autem non
semper habetis.
12 Hoc enim unguentum hoc effudit in corpus meum, hoc
ad sepulturam meam.
13 Amen dico vobis : Ubicumque prædicabitur hoc
evangelium in universo mundo, dicetur et quod hæc fecit in
memoriam ejus.
14 Et venit unus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes,
ad principes sacerdotum,
15 Et ait illis: Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum
tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.
16 Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.
17 Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad
Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?
18 Ille autem dixit: " Ite in civitatem ad quendam et dicite
ei: "Magister dicit: Tempus meum prope est; Apud te facio
Pascha cum discipulis meis.
19 Et fecerunt discipuli sicut constituerat illis Jesus. et
paraverunt Pascha.
20 Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim.
21 Et manducantibus illis, dixit : Amen dico vobis, quia
unus ex vobis tradet me.
22 Et contristati valde, cœperunt singuli dicere ei: Domine,
numquid ego?
23 { Et respondens ait: Qui intingit mecum manum in
catino, ipse me tradet.
24 { Filius hominis vadit sicut scriptum est de eo: væ
autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur! bonum
illi homini fuisset, si natus non fuisset.
25 respondens autem Iudas qui tradidit eum dixit numquid
ego sum rabbi ait illi tu dixisti Dicit illi : Tu dixisti.
26 Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit
ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et
comedite. hoc est corpus meum.
27 Et accepto calice, gratias egit et dedit eis dicens:
" Bibite ex hoc omnes;
28 Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro
multis effundetur in remissionem peccatorum.
29 Dico autem vobis : non bibam amodo de hoc genimine
vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum
novum in regno Patris mei.
30 Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.
31 Tunc dicit eis Jesus : Omnes scandalizabimini in me in
nocte ista : quia scriptum est : Percutiam pastorem, et
dispergentur oves.
32 Cum autem resurrexero, praecedam vos in Galilaeam.
33 Respondit Petrus, et dixit ei: Et si omnes scandalizati
fuerint in te, ego autem non offendiculum.
34 Ait illi Jesus : Amen dico tibi, quia in hac nocte,
antequam gallus cantet, ter me negabis.
35 Ait illi Petrus: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te
negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt.
36 Tunc venit cum illis Jesus in locum qui vocatur
Gethsemani, et dicit discipulis suis : Sedete hic, et ego
vadam illuc.
37 Et assumpto Petro, et duobus filiis Zebedæi, cœpit
contristari et mœstus esse.
38 Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem :
sustinete hic, et vigilate mecum.
39 Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans,
dicens : Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste :
verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.
40 Et venit ad discipulos suos, et invenit eos dormientes, et
dicit Petro : Quid non potuistis una hora vigilare mecum ?
41 Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem; spiritus
quidem promptus est, caro autem infirma.
42 Iterum secundo abiit, et oravit, dicens : Pater mi, si non
potest hic calix transire a me, nisi bibam illum, fiat
voluntas tua.
43 Et venit iterum, et invenit eos dormientes: erant enim
oculi eorum gravati.
44 Et relictis illis, iterum abiit, et oravit tertio, eumdem
sermonem dicens.
45 Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis : Dormite
jam, et requiescite : ecce appropinquavit hora, et Filius
hominis tradetur in manus peccatorum.
46 Surgite, eamus : ecce appropinquavit qui me tradet.

47 Et adhuc eo loquente, ecce Judas, unus de Duodecim,
venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus, missi a
principibus sacerdotum, et senioribus populi.
48 Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens :
Quemcumque osculatus fuero, ipse est : tenete eum.
49 Et confestim accedens ad Jesum, dixit : Ave domine. et
osculatus est eum.
50 Dixitque illi Jesus : Amice, ad quid venisti ? Tunc
accesserunt, et manus injecerunt in Jesum, et tenuerunt
eum.
51 Et ecce unus ex illis, qui erant cum Iesu, extendens
manum exemit gladium suum et percussit servum summi
sacerdotis et amputavit illi auriculam.
52 Tunc ait illi Jesus : Converte gladium tuum in locum
suum : omnes enim, qui acceperint gladium, gladio
peribunt.
53 Putasne nunc non possum rogare Patrem meum, et
exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum?
54 Quomodo ergo implebuntur Scripturae, quia sic oportet
fieri?
55 In illa hora dixit Jesus turbis : Tamquam ad latronem
existis cum gladiis et fustibus comprehendere me ?
Quotidie apud vos sedebam docens in templo, et non me
tenuistis.
56 Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ
prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.
57 tenentes autem Iesum duxerunt ad Caipham principem
sacerdotum ubi scribae et seniores convenerunt
58 Petrus autem sequebatur eum a longe in domum
principis sacerdotum: et ingressus est, et sedit cum
ministris, ut videret finem.
59 Principes autem sacerdotum, et omne concilium,
quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti
traderent: nec inveniebant.
60 et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent, et
non invenerunt. Novissime venerunt duo falsi testes.
61 et dixerunt hic dixit possum destruere templum Dei et
post triduum reficere illud
62 Et surgens princeps sacerdotum ait illi: “ Nihil
respondes? quid isti adversum te testificantur?
63 Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi :
Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus
Filius Dei.
64 Dicit illi Jesus : Tu dixisti : Verumtamen dico vobis :
Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis,
et venientem in nubibus cæli.
65 Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens :
blasphemavit. quid adhuc egemus testibus? ecce nunc
audistis blasphemiam eius.
66 quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus
est mortis.
12 Post hoc descendit Capharnaum ipse et mater eius et fratres eius et discipuli eius, et ibi manserunt non multis diebus.
13 Et prope erat Pascha Iudaeorum, et ascendit Hierosolymam Iesus.
14 et invenit in templo vendentes boves et oves et columbas et numularios sedentes
15 Et cum fecisset flagellum de funiculis, eiecit omnes de templo, oves et boves; mensas nummulariorum effudit;
16 et his qui columbas vendebant dixit Auferte ista hinc et vos facite Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis ”.
17 Et recordati sunt discipuli ejus quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.
18 Responderunt ergo Iudaei et dixerunt ei: “ Quod signum ostendis nobis quia haec facis?
19 Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.
20 Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?
21 Ille autem dicebat de templo corporis sui.
22 Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat illis. et crediderunt Scripturae et sermoni quem dixit Iesus.
23 Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat.
24 Jesus autem non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes.
25 Et non oportebat ut quisquam testimonium perhiberet de homine : sciebat enim quid esset in homine.

CAPUT III

1 Erat homo ex pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps Iudaeorum;
2 Hic venit ad Jesum nocte, et dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.
3 Respondit Jesus, et dixit ei : Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.
4 Dicit ad eum Nicodemus : Quomodo potest homo nasci, cum sit senex ? num potest in uterum matris suae secundo ingredi, et generari?
5 Respondit Jesus : Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei.
6 Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spiritu, spiritus est.
7 Nolite mirari quod dixi tibi: Renasce oportet.
8 Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat : sic est omnis qui natus est ex spiritu.
9 Respondit Nicodemus, et dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?
10 Respondit Jesus, et dixit ei : Tu es magister Israël, et hæc ignoras ?
11 Amen, amen dico tibi: Quod scimus, loquimur et, quod vidimus, testamur; et testimonium nostrum non accipitis.
12 Si terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis ?
13 Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo.
14 Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis:
15 ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam
16 Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.
17 Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum. sed ut salvetur mundus per ipsum.
18 Qui credit in eum, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est : quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei.
19 Haec est autem damnatio: Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum mala opera.
20 Omnis enim, qui mala agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ut non arguantur opera eius.
21 Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur ejus opera, quia in Deo sunt facta.
22 Post haec venit Iesus et discipuli eius in Iudaeam terram; et ibi demorabatur cum eis et baptizabat.
23 Erat autem et Joannes baptizans in Anon prope Salim, eo quod ibi esset aqua multa: et venerunt, et baptizati sunt.
nondum enim missus fuerat in carcerem Ioannes.
25 Facta est ergo quaestio ex discipulis Ioannis cum Iudaeis de purificatione.
26 Et venerunt ad Joannem, et dixerunt ei : Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum.
27 Respondit Joannes, et dixit : Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo.
28 Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus, sed: Missus sum ante eum.
29 Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat, et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.
30 Illum oportet crescere, me autem minui.
31 Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur.
32 Et quod vidit et audivit, hoc testatur; et testimonium eius nemo accipit.
33 Qui accipit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est.
34 Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum.
35 Pater diligit Filium et omnia dedit in manu ejus.

36 Qui credit in Filium, habet vitam æternam; sed ira Dei manet in eo.

CAPITULUM 4

1 Cum ergo cognovisset Dominus pharisæi quomodo audissent pharisæi quod Jesus plures discipulos faceret, et baptizat quam Joannes,
2 ipse autem Iesus non baptizavit sed discipuli eius
3 reliquit Iudaeam et abiit iterum in Galilaeam
4 oportebat autem eum transire per Samariam.
5 Venit ergo in civitatem Samariae, quae dicitur Sichar, iuxta praedium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.
6 erat autem ibi fons Iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.
7 Venit mulier de Samaria haurire aquam .
8 discipuli enim eius abierant in civitatem ut emeret escam
9 Dicit ergo ei mulier de Samaria: " Quomodo tu, cum Iudaeus sis, bibe a me, quae mulier sum de Samaria ? non enim coutuntur Iudaei Samaritanis.
10 Respondit Jesus, et dixit ei : Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere. Petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.
11 Dicit ei mulier : Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est : unde ergo habes aquam vivam ?
12 Tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et bibit ex eo ipse, et filii ejus, ac jumenta ejus?
13 { Respondit Jesus, et dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum;
14 Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum; sed aqua quam ego dabo ei, erit in eo fons aquse salientis in vitam aeternam.
15 Dicit ad eum mulier : Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam neque veniam huc haurire.
16 Dicit ei Jesus : Vade, voca virum tuum, et veni huc.
17 Respondit mulier, et dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus : Bene dixisti : Non habeo virum.
18 Quinque enim viros habuisti; et nunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti.
19 Dicit ei mulier : Domine, video quia propheta es tu.
20 Patres nostri in monte hoc adoraverunt. et vos dicitis, quia in Ierusalem est locus, ubi adorare debent homines.
21 Dicit ei Jesus : Mulier, crede mihi, venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jerusalem adorabitis Patrem.
22 Nescitis quid adoratis: nos quid colimus: salus enim ex Iudæis est.
23 Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.
24 Spiritus est Deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.
25 Dicit ei mulier : Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus.
26 Dicit ei Jesus: Ego sum, qui loquor tecum.
27 Et continuo venerunt discipuli ejus, et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris? aut quid loqueris cum ea?
28 reliquit ergo hydriam suam mulier et abiit in civitatem et dicit viris
29 Venite, et videte hominem qui dixit mihi omnia quæcumque feci: nonne hic est Christus?
30 Exierunt de civitate et veniebant ad eum.
31 Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.
32 { Dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.
33 Dixerunt ergo discipuli ad invicem: "Numquid adduxit eum homo debet manducare?"
34 Dicit eis Jesus : Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus.
35 Nonne vos dicitis quod adhuc quattuor menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros et videte regiones; albae enim sunt iam ad messem.
36 et qui metit mercedem accipit et fructum in vitam aeternam ut et qui seminat simul gaudeat
37 { In hoc est quod verum est verbum: alius seminat, et alius metit.
38 Ego misi vos metere quod vos non laborastis; alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis.
39 Et multi ex civitate illa Samaritanorum credebant in eum propter verbum mulieris testimonium perhibentis : quia dixit mihi omnia quaecumque feci.
40 Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.
41 Et multo plures crediderunt propter sermonem eius;
42 et mulieri dicebant: " Iam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere Salvator mundi!
43 Post duos autem dies exiit inde in Galilaeam.
44 Ipse enim Jesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet.
45 Cum ergo venisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum omnia vidissent, quae fecerat Hierosolymis in die festo; et ipsi enim venerant ad diem festum.
46 Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vinum. Erat autem quidam vir nobilis, cujus filius infirmabatur Capharnaum.
47 Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium ejus: incipiebat enim mori.
48 Dixit ergo Jesus ad eum : Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.
49 Dicit ad eum regulus : Domine, descende priusquam moriatur filius meus.
50 Dicit ei Jesus : Vade. filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, et ibat.
51 Iam autem eo descendente, servi occurrerunt ei dicentes: " Filius tuus vivit ".
52 Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Dixerunt ergo ei : Quia heri hora septima reliquit eum febris.
53 Sciebat ergo pater quod eadem hora esset qua dixit ei Jesus : Filius tuus vivit, et ipse credidit, et domus ejus tota.
54 Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Judæa in Galilæam.

CAPITULUM 5

1 Post haec erat dies festus Iudaeorum. Jesus autem ascendit Jerosolymam.
2 Erat autem Ierosolymis secus piscinam, quae hebraice dicitur Bethsaida, habens quinque porticus.
3 In his iacebat multitudo magna languentium, caecorum, claudorum, aridorum, aquarum exspectantium motum.

4 Angelus enim quodam tempore descendit in piscinam, et conturbavit aquam. Quisquis ergo primum post turbationem aquæ introivit, sanus factus est omnis infirmitas.
5 Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua.
6 { Cum vidisset eum Jesus mentitum, et cognovisset quia multum iam tempus est, dicit ei: Vis sanus fieri?
7 Respondit ei languidus : Domine, hominem non habeo, ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam : dum venio enim ego, alius ante me descendit.
8 Dicit ei Jesus : Surge, tolle grabatum tuum et ambula.
9 Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die.
10 Dixerunt ergo Judæi ei qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi portare grabatum tuum.
11 { Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum et ambula.
12 Interrogaverunt ergo eum : Quis est homo qui dixit tibi : Tolle grabatum tuum et ambula ?
13 Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit a turba constituta in loco.
14 Postea invenit eum Jesus in templo, et dixit illi : Ecce sanus factus es ; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.
15 Abiit ille homo, et nuntiavit Judæis quia Jesus est, qui fecit eum sanum.
16 Propterea persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat in sabbato.
17 Jesus autem respondit eis : Pater meus usque modo operatur, et ego operor.
18 Propterea ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.
19 { Respondit Jesus, et dixit eis: Amen, amen dico vobis, quia Filius a seipso nihil potest facere, nisi quæ viderit Patrem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hæc et Filius similiter facit.
20 Pater enim diligit Filium et omnia ostendit ei quae ipse facit: et maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.
21 Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat; sic et Filius quos vult vivificat.
22 Neque enim Pater judicat quemquam : sed omne judicium dedit Filio.
23 { ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem; Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum.
24 amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam, et in judicium non veniet. sed transiit a morte ad vitam.
25 amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint vivent.
26 Sicut enim Pater habet vitam in semetipso; sic dedit Filio habere vitam in semetipso;
27 et potestatem dedit ei et iudicium facere, quoniam Filius hominis est.
28 Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus:
29 Et egredientur. qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.
30 A meipso nihil possum facere: sicut audio, judico, et judicium meum justum est. quia non quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.
31 Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.
32 Est alius qui testimonium perhibet de me; Et scio quia verum est testimonium, quod perhibet de me.
33 Misistis ad Joannem, et testimonium perhibuit veritati.
34 Ego autem non ab homine testimonium accipio : sed hæc dico ut vos salvi sitis.
35 Ille erat lucerna ardens et lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.
36 Ego autem habeo testimonium majus Joanne: opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea, quæ ego facio, testimonium perhibent de me quia Pater me misit.
37 Et ipse Pater, qui misit me, testimonium perhibuit de me. Neque vocem eius umquam audistis neque speciem eius vidistis;
38 Et verbum ejus non habetis in vobis manentem : quem enim misit, illum non creditis.
39 Scrutamini Scripturas; putatis enim in ipsis vitam aeternam habere, et hi sunt qui testimonium perhibent de me.
40 Et non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.
41 Claritatem ab hominibus non accipio.
42 Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.
43 Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me : si alius venerit in nomine suo, hunc accipietis.
44 Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam, quae a solo est Deo, non quaeritis?
45 Nolite putare quoniam ego accusabo vos ad Patrem: est qui accusat vos Moysen, in quo vos confidis.
46 Si enim crederetis Moysi, crederetis mihi: ipse enim de me scripsit.
47 Si autem illius litteris non creditis, quomodo meis verbis credetis?

CAPUT VI

1 post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae quod est Tiberiadis
2 Et sequebatur eum turba multa, quia videbant signa eius quae faciebat super his qui infirmabantur.
3 Subiit ergo in montem Jesus et ibi sedebat cum discipulis suis.
4 Erat autem proximum Pascha dies festus Judæorum.
5 Cum sublevasset ergo oculos Iesus, et vidisset turba multa venire ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes ut manducent hi?
6 Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.
7 Respondit ei Philippus: Non est eis sufficiens duplices obolos: ut unusquisque modicum quid accipiat.
8 Dicit ei unus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri:
9 Est puer hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisciculos: sed quid sunt inter tantos?
10 Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia.

11 Accepit autem Jesus panes. Et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, et discumbentibus discipulis. similiter et ex piscibus quantum volebant.
12 Ut autem repleti sunt, ait discipulis suis : Colligite quæ supersunt, ne pereant.
13 Collegerunt ergo, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducaverant.
14 Viri ergo illi cum vidissent signum quod fecit Jesus, dixerunt: Hic est vere propheta qui venturus est in mundum.
15 Jesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum, et facerent eum regem, abiit iterum in montem ipse solus.
16 Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare.
17 Et ascendens in naviculam, transfretavit mare in Capharnaum. Eratis jam tenebrae, et non erat Jesus ad illos. Mare autem, vento magno flante, exsurgebat.
19 Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Jesum ambulantem supra mare, et proximum navi fieri, et timuerunt.
20 Ille autem dicit eis : Ego sum. nolite timere.
Voluerunt ergo accipere eum in navim et statim navis fuit ad terram, in quam ibant.
22 sequenti autem die cum vidisset turba quae stabat trans mare non esset ibi alia navicula nisi una in quam discipuli eius intraverunt et quia Iesus non ibat cum discipulis suis in naviculam sed quia discipuli soli abierant;
23 supervenerunt autem aliae naves a Tiberiade iuxta locum ubi manducaverunt panem postquam gratias agebat Dominus
24 Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt et venerunt Capharnaum quaerentes Iesum.
25 Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?
26 Respondit eis Jesus, et dixit : Amen, amen dico vobis : Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, et saturati estis.
27 Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus.
28 Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei?
29 Respondit Jesus, et dixit eis : Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.
30 Dixerunt ergo ei : Quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi ? quid operaris?
31 Patres nostri manducaverunt manna in deserto. sicut scriptum est: Panem de caelo dedit eis manducare.
32 Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo. sed pater meus dat vobis panem de caelo verum.
33 Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, et dat vitam mundo.
34 Dixerunt ergo ad eum : Domine, semper da nobis panem hunc.
35 Dixit autem eis Jesus : Ego sum panis vitæ : qui venit ad me, non esuriet. et, qui credit in me, non sitiet umquam.
36 Sed dixi vobis quia et vidistis me, et non creditis.
37 Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet; et eum, qui venit ad me, non eiciam foras.
38 Quia descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.
39 Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me : ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die.
40 Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: ut omnis qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die.
41 Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi.
42 Et dixerunt: Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus nos novimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit, De caelo descendi?
43 Respondit ergo Jesus, et dixit eis : Nolite murmurare in invicem.
44 Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: et ego resuscitabo eum in novissimo die.
45 Scriptum est in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audivit a Patre et didicit, venit ad me.
46 Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est a Deo, hic vidit Patrem.
47 Amen, amen dico vobis : Qui credit in me, habet vitam æternam.
48 Ego sum panis vitæ.
49 Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt.
50 Hic est panis de cælo descendens: ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.
51 ego sum panis vivus qui de caelo descendi si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum panis autem quem ego dabo caro mea est quam ego dabo pro mundi vita
52 Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum?
53 Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobismetipsis.
54 qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam; et ego resuscitabo eum in novissimo die.
55 Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.
56 qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.
Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet per me.
58 Hic est panis de cælo descendens: non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt: qui manducat ex hoc pane, vivet in æternum.
59 Haec dixit in synagoga docens in Capharnaum.
60 Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: “ Durus est hic sermo; quis potest eum audire?
61 Sciens autem Jesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis : Hoc vos scandalizat ?
62 Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?
63 Spiritus est, qui vivificat; verba, quae ego loquor vobis, spiritus sunt et vita sunt.
Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus qui essent non credentes, et quis traditurus esset eum.
65 Et dicebat : Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.

66 Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro : et jam non cum illo ambulabant.
67 Dixit ergo Jesus ad Duodecim : Numquid et vos vultis abire ?
68 Respondit ergo ei Simon Petrus : Domine, ad quem ibimus ? verba vitae aeternae habes.
69 Et nos credidimus, et cognovimus quia tu es Christus, Filius Dei vivi.
70 Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est?
71 dixit de Iuda Scarioth filio Simonis: hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

CAPITULUM 7

1 Post haec ambulabat Iesus in Galilaeam: non enim volebat in Iudaeam ambulare, quia quaerebant eum Iudaei interficere.
2 Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum scenopegia.
Dixerunt ergo ad eum fratres ejus : Transi hinc, et vade in Judæam, ut et discipuli tui videant opera tua, quæ facis.
4 Nemo enim in occulto quid facit, et quærit ipse in palam esse. Si haec facis, mundo te ostende.
5 Neque enim fratres eius credebant in eum.
6 Dicit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum.
7 Non potest mundus odisse vos; me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de eo quod opera eius mala sunt.
8 Vos ascendite ad diem festum hunc; nondum enim impletum est tempus meum.
9 Haec cum dixisset, ipse mansit in Galilaea.
10 Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto.
11 Judæi ergo quærebant eum in die festo, et dicebant: Ubi est ille?
12 et murmur multus de eo erat in turba; quidam enim dicebant quia bonus est alii autem dicebant non sed seducit turbas sed seducit turbas.
13 Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.
14 Jam autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, et docebat.
15 Et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?
16 Respondit eis Jesus, et dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.
17 Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar.
18 Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit: qui autem quaerit gloriam ejus, qui misit illum, verax est, et non est iniquitas in illo.
19 nonne Moses dedit vobis legem et nemo ex vobis facit legem Quid me quæritis interficere?
Respondit turba, et dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere?
21 Respondit Jesus, et dixit eis : Unum opus feci, et omnes miramini.
22 Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem; Non quia ex Moyse est, sed ex patribus, et in sabbato circumciditis hominem.
23 Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysi. Numquid in me indignamini, quia totum hominem sanum feci in die sabbati?
24 Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.
25 Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere?
26 Et ecce palam loquitur, et nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes quia hic est Christus?
27 Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit.
28 Clamabat ergo Jesus in templo docens, dicens : Et me scitis, et unde sim scitis : et a meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.
29 Sed scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit.
30 Tunc quaerebant eum apprehendere: sed nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.
De turba autem multi crediderunt in eum, et dicebant: Christus cum venerit, numquid plura signa faciet quam quæ hic facit?
32 Audiebant pharisæi turbam murmurantem de illo hæc. Miserunt ergo Pharisaei et pontifices ministros ut apprehendant eum.
33 Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: et vado ad eum qui me misit.
Quæretis me, et non invenietis : et ubi sum ego, vos non potestis venire.
35 Dixerunt ergo Judæi ad invicem : Quo iturus est, et non inveniemus eum ? numquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes?
36 Quis est hic sermo, quem dixit: Quæretis me, et non invenietis: et ubi sum ego, vos non potestis venire?
37 In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat, dicens : Si quis sitit, veniat ad me, et bibat.
38 Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.
39 Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus Sanctus, quia nondum erat Iesus glorificatus.
40 Multi ergo ex turba, cum audissent sermonem hunc, dicebant: Vere propheta est hic.
41 Alii dicebant : Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Numquid a Galilæa venit Christus?
42 nonne scriptura dixit quia ex semine David et Bethleem castello ubi erat David venit Christus
43 Dissensio itaque facta est in turba propter eum.
44 Quidam autem ex ipsis apprehenderunt eum. sed nemo apprehendit eum.
45 Venerunt ergo ministri ad pontifices et pharisaeos; Et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum?
46 Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo.
47 Responderunt ergo eis pharisæi: Numquid et vos seducti estis?
48 Numquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex pharisaeis?
49 Hic autem, qui non scit legem, maledictus est.
50 dicit eis Nicodemus qui venit ad Iesum nocte cum unus ex ipsis
51 Numquid lex nostra iudicat hominem, priusquam audiat, et novit quid faciat?
52 Responderunt, et dixerunt ei: Numquid et tu Galilæus es? Scrutare et vide quia propheta a Galilaea non surgit ”.

53 Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

Capitulum 8

1 Ivit Jesus in montem Oliveti.
2 et diluculo iterum venit in templum, et omnis populus venit ad eum. et sedens docebat eos.
3 Adducunt autem scribæ et pharisæi mulierem in adulterio deprehensam. et statuerunt eam in medio,
4 Dicunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.
5 In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?
6 Hoc dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.
7 Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, et dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.
8 Et iterum se inclinans, scribebat in terra.
9 Audientes autem audientes exierunt singuli, incipientes a senioribus usque ad novissimum: et remansit solus Jesus, et mulier in medio stans.
10 Erigens autem se Jesus, et videns neminem nisi mulierem, dixit ei : Mulier, ubi sunt isti accusatores tui ? nemo te condemnavit?
11 Quæ dixit : Nemo, Domine. Dixit autem Jesus : Nec ego te condemnabo : vade, et jam amplius noli peccare.
12 Iterum ergo locutus est eis Jesus, dicens : Ego sum lux mundi : qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem vitæ.
13 Dixerunt ergo ei pharisæi : Tu de teipso testimonium perhibes ; testimonium tuum non est verum.
14 { Respondit Jesus, et dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio unde veni et quo vado; vos autem nescitis unde venio aut quo vado.
15 secundum carnem iudicatis Neminem iudico.
16 Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater.
17 Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.
18 Ego sum qui testimonium perhibeo de me: et testimonium perhibet de me qui misit me Pater.
19 { Dicebant ergo ei: Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus : Neque me scitis, neque Patrem meum : si cognovissetis me, et Patrem meum sciretis.
20 Haec verba locutus est in gazophylacio docens in templo; nondum enim venerat hora eius.
21 { Dixit ergo iterum eis Jesus: Ego vado, et quæretis me, et in peccato vestro moriemini.
22 Dixerunt ergo Judæi: Numquid interficiet semetipsum? Quia dicit quo ego vado, vos non potestis venire.
23 Et dicebat eis: Vos de deorsum estis. Vos de mundo hoc estis; ego non sum de hoc mundo.
24 Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.
25 Dicebant ergo ei : Tu quis es ? Dixit eis Jesus : Principium, qui et loquor vobis.
26 Multa habeo de vobis dicere et iudicare; et quae audivi ab eo loquor mundo.
27 Non cognoverunt quia Patrem eis dicebat.
28 Dixit ergo eis Jesus: Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, et a meipso facio nihil. sed sicut docuit me Pater, haec loquor.
29 Et, qui me misit, mecum est; semper enim facio quae placita sunt ei.
30 Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.
31 dixit ergo Iesus ad eos qui crediderunt in eum si manseritis in verbo meo ergo discipuli mei estis
32 Et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.
33 Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, et nemini servivimus umquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis?
34 Respondit eis Jesus : Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati.
35 servus autem non manet in domo in aeternum: filius autem manet in aeternum.
36 Si ergo Filius vos liberaverit, vere liberi eritis.
37 Scio quia semen Abrahae estis; vos autem quaeritis me interficere, quia sermo meus non habet locum in vobis.
38 quod vidi apud Patrem meum loquor et vos quae vidistis apud patrem vestrum facitis
39 { Responderunt, et dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Jesus : Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.
40 Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo : hoc Abraham non fecit.
41 Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt ergo ei: “ Non ex fornicatione nati sumus; unum patrem habemus Deum.
42 { Dixit eis Jesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis utique et me; neque enim a meipso veni, sed ille me misit.
43 Quare loquelam meam non cognoscitis ? Quia non potestis audire sermonem meum.
44 { Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate non stabat, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, de suo loquitur, quia mendax est, et pater eius.
45 Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.
46 Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi?
47 Qui ex Deo est, verba Dei audit. Non ergo auditis, quia ex Deo non estis.
48 responderunt ergo Iudaei et dixerunt ei nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu et daemonium habes
49 Respondit Iesus: “ Daemonium non habeo; sed honorifico Patrem meum, et vos inhonorastis me.
50 Ego autem non quæro gloriam meam : est qui quærat, et judicet.
51 Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum.
52 Dixerunt ergo ei Judæi : Nunc cognovimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, et prophetae; Et dicis : Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit.
Tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est? et prophetae mortui sunt: quem teipsum facis?
54 Respondit Jesus : Si ego glorifico meipsum, honor meus nihil est : pater meus est, qui me honorat. quem vos dicitis: “Deus vester est”.
55 et non cognovistis eum. Ego autem novi eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax.
56 Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum: vidit, et gavisus est.

57 Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti?
58 Dixit eis Jesus : Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.
59 Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum: Jesus autem abscondit se, et exivit de templo.

Capitulum 9

1 Et praeteriens Jesus vidit hominem cæcum a nativitate.
2 Et interrogaverunt eum discipuli ejus, dicentes: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?
3 Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in illo.
4 me oportet operari opera eius qui misit me dum dies est venit nox quando nemo potest operari
5 Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.
6 Hæc cum dixisset, exspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et unxit oculos cæci cum luto,
7 dixitque ei vade lava in natatoria Siloae quod interpretatur Missus abiit ergo et lavit et venit videns
8 Itaque vicini, et qui prius viderant eum quia caecus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat, et mendicabat?
9 Alii dicebant: Quia hic est. Alii autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum.
10 Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi?
11 Respondit ille, et dixit : Homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit : et unxit oculos meos, et dixit mihi : Vade ad natam Siloë, et lava : et abii, et lavi, et vidi.
12 dixerunt ei ubi est ille ait nescio Ait: Nescio.
13 Adducunt eum ad pharisæos, qui cæcus fuerat.
14 Erat autem sabbatum in die qua lutum fecit Iesus et aperuit oculos eius.
15 Iterum ergo interrogabant et eum pharisaei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis : Lutum mihi posuit super oculos, et lavi, et video.
16 Dicebant ergo ex pharisæis quidam: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alii dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et schisma erat inter eos.
17 Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille dixit: Propheta est.
18 Non crediderunt ergo Judæi de eo quia cæcus fuerat, et visum recepit, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat.
19 Et interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius tuus, quem dicitis cæcus natus est? quomodo ergo nunc videt?
20 Responderunt eis parentes ejus, et dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, et quia caecus natus est:
21 Quomodo autem nunc videat, nescimus; quomodo autem nunc videat nescimus aut quis eius aperuit oculos nos nescimus ipsum interrogate aetatem habet ipse de se loquatur ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur.
22 Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos: jam enim conspiraverunt Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.
23 Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate. ipsum interrogate.
24 Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, et dixerunt ei: Da gloriam Deo: scimus quia hic homo peccator est.
25 Respondit ille, et dixit: Si peccator sit, an non: nescio: unum scio, quia, cum cæcus essem, nunc video.
26 Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?
27 Respondit eis : Dixi vobis jam, et audistis : quod iterum vultis audire ? numquid et uos uultis discipuli eius eritis?
28 Maledixerunt ergo ei, et dixerunt: Tu discipulus illius sis. nos autem Moysi discipuli sumus.
29 Nos scimus quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus unde sit.
30 Respondit homo, et dixit eis : Quid mirum est in hoc quod nescitis unde sit, et tamen aperuit oculos meos.
31 Scimus autem quoniam peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, et voluntatem ejus facit, hunc exaudit.
32 A sæculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati.
Si non esset hic a Deo, non poterat facere quidquam.
34 Responderunt, et dixerunt ei : In peccatis natus es totus, et tu doces nos ? Et eiecerunt eum.
35 Et audivit Jesus quia ejecerunt eum. Et cum invenisset eum, dixit ei : Tu credis in Filium Dei ?
36 Respondit ille, et dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum?
37 Dicit ei Jesus : Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est.
38 At ille ait: Credo. Et adoraverunt eum.
39 Et dixit Iesus: “ In iudicium ego in hunc mundum veni, ut, qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant.
40 Et audierunt quidam ex pharisæis qui cum ipso erant, et dixerunt ei: Numquid et nos cæci sumus?
41 { Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. ergo peccatum vestrum manet.

CAPITULUM 10

1 Amen, amen dico vobis: Qui non intrat per ostium in ovile, sed ascendit per aliam viam, hic est fur et latro.
2 Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.
3 Huic ostiarius aperit; et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim, et educit eas.
4 Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.
Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.
6 Hoc proverbium dixit eis Iesus; illi autem non cognoverunt quid esset, quod loquebatur eis.
7 Dixit ergo iterum eis Jesus : Amen, amen dico vobis, ego sum ostium ovium.
8 Omnes quotquot venerunt, fures sunt, et latrones, et non audierunt eos oves.
9 Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egredietur et pascua inveniet.
10 Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet, et perdat : ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.
11 { Ego sum pastor bonus.
12 { Qui autem mercenarius est, et non pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit: et lupus rapit, et dispergit oves.
13 Mercenarius fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus.
14 Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et notus sum mihi.

15 Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus.
16 et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere et vocem meam audient et erit unum ovile et unus pastor.
17 Propterea me diligit Pater meus, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam.
18 Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo.
19 Dissensio ergo iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos.
20 Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, et insanit. quid eum auditis?
21 Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Numquid Diabolus potest caecorum oculos aperire?
22 Erat autem Jerosolymis festum dedicationis, et hiems erat.
23 Et ambulabat Jesus in templo in porticu Salomonis.
24 Circumdederunt ergo eum Judæi, et dicebant ei : Quousque animam nostram tollis ? Si tu es Christus, dic nobis palam.
25 Respondit eis Jesus : Dixi vobis, et non creditis : opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.
26 Vos autem non creditis, quia non estis ex ovibus meis, sicut dixi vobis.
27 Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me.
28 et ego vitam aeternam do eis; et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea.
29 Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. et nemo potest rapere de manu Patris mei.
30 Ego et Pater unum sumus.
Sustulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum.
32 Respondit eis Iesus: Multa opera bona ostendi vobis ex Patre meo; propter quod eorum opus me lapidatis?
33 Responderunt ei Judæi: De bono opere non lapidamus te; sed propter blasphemiam; et quia tu homo cum sis, Deum teipsum facis.
34 { Respondit eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi: Dii estis?
35 si dixerit eos deos ad quos verbum Dei pervenerit et non potest solvi scriptura
36 Dicite de eo: quem Pater sanctificavit et misit in mundum, blasphemas; quia dixi: Filius Dei sum?
37 Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.
38 Si autem facio, et si mihi non creditis, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia in me est Pater, et ego in illo.
39 Quærebant ergo eum apprehendere: et exivit de manibus eorum.
40 Et iterum abiit trans Iordanem in eum locum, ubi baptizatus est Ioannes; ibique mansit.
41 Et conveniunt ad eum multi, et dicebant: Joannes fecit signum: omnia autem quæ locutus est Joannes de hoc, vera erant.
42 Et multi crediderunt in eum.

CAPUT XI

1 Erat autem quidam vir infirmus, nomine Lazarus, de Bethania civitate Mariae, et Martha soror eius.
Maria erat quae unxit Dominum unguento et tersit pedes eius capillis, cuius frater Lazarus infirmabatur.
3 Miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.
4 Audiens autem Jesus, dixit : Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.
5 Diligebat autem Iesus Martham et sororem eius et Lazarum.
6 Cum audisset ergo quia infirmatus est, mansit adhuc duos dies in eodem loco, ubi erat.
7 Deinde post hoc dicit discipulis suis : Eamus iterum in Judaeam.
8 Dicunt ei discipuli ejus: Magister, quærebant te Judæi lapidare. et iterum vadis illuc?
9 Respondit Jesus: Nonne duodecim horae sunt diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt.
10 Si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia non est lux in eo.
11 Hæc ait, et post hæc dicit eis : Lazarus amicus noster dormit. sed vado ut a somno excitem eum.
12 Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit.
13 Jesus autem dixit de morte ejus : putabant autem quod in somno diceret requiescere.
14 { Tunc ergo Jesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est:}
15 et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. eamus tamen ad eum.
16 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad discipulos suos: “ Eamus et nos, ut moriamur cum eo ”.
17 Venit itaque Jesus : et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.
18 Erat autem Bethania iuxta Ierusalem quasi stadia quindecim;
19 Multi autem ex Judæis venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.
20 Martha ergo ut audivit quia Jesus venit, occurrit illi : Maria autem domi sedebat.
Dixit ergo Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus.
22 Sed scio quia et nunc quodcumque petieris a Deo, dabit tibi Deus.
23 Dicit illi Jesus : Resurget frater tuus.
24 Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die.
25 Dixit ei Jesus : Ego sum resurrectio et vita : qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet.
et omnis qui vivit et credit in me non morietur in aeternum credis hoc Credis hoc?
27 Ait illi : Utique Domine, ego credidi quia tu es Christus, Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.
28 Et cum haec dixisset, abiit, et vocavit Mariam sororem suam secreto, dicens : Magister venit, et vocat te.
29 Ut audivit, surgit cito, et venit ad eum;
30 Nondum autem venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha.
31 Judæi ergo, qui erant cum ea in domo, et consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia cito surrexit, et exiit, secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.

32 Cum ergo venisset Maria ubi esset Jesus, et vidisset eum, procidit ad pedes ejus, dicens : Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus.
33 Iesus ergo ut vidit eam flentem et qui cum ea venerant et cum ea Iudaei flentes ingemuit spiritu et turbatus est
34 { Et dixi: Ubi posuistis eum? Dicunt ei : Domine, veni, et vide.
35 Et lacrimatus est Iesus.
36 Dixerunt ergo Judæi : Ecce quomodo amabat eum.
37 Dicebant autem quidam ex ipsis: " Numquid non hic qui aperuit oculos cæcorum potuit facere ut et hic non moreretur?
38 Jesus ergo iterum gemens in semetipso, venit ad monumentum. Erat spelunca, et lapis superpositus.
39 Ait Jesus : Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror ejus qui mortuus fuerat : Domine, jam fetet ; quatriduanus enim est.
40 Dicit ei Jesus : Non dixi tibi ut si vis credere, videbis gloriam Dei ?
41 Tulerunt ergo lapidem, ubi erat mortuus. Iesus autem, elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi quod audisti me.
42 Et scivi quia semper me audis: sed propter turbam, qui adstant, dixi, ut credant quia tu me misisti.
43 Hæc cum dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras.
44 Et ille qui mortuus fuerat, ligatus manus et pedes in sepulchris: et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis Jesus : Solvite eum et sinite abire.
45 Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam, et viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum.
46 Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos, et dixerunt eis quæ fecit Jesus.
47 Collegerunt ergo pontifices et pharisaei concilium, et dicebant: Quid facimus? hic enim multa signa facit.
48 Si hunc dimittis, omnes credent in eum : et venient Romani, et tollemus et locum nostrum et gentem.
49 Unus autem ex eis, nomine Caiphas, cum esset pontifex anni illius: dixit eis: "Nihil scitis;
50 Neque reputate, quoniam unus homo moriatur pro populo, et non tota gens pereat.
51 Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit, quod Jesus moriturus erat pro gente illa.
52 et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.
53 Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.
54 Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudaeos; sed abiit inde in regionem iuxta desertum, in civitatem, quae dicitur Ephraim, et ibi morabatur cum discipulis suis.
55 Et prope erat Pascha Iudæorum: et exierunt multi de regione Jerosolymam ante Pascha, ut sanctificarent seipsos.
56 Quaerebant ergo Iesum et colloquebantur ad invicem in templo stantes: " Quid putatis quia non venturus sit ad diem festum?
57 Dederant autem pontifices et pharisæi mandatum ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

CAPITULUM 12

1 Jesus ergo ante sex dies Paschae venit Bethaniam, ubi erat Lazarus mortuus, quem suscitavit Jesus.
2 ibi fecerunt ei cenam; et Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo.
3 Tunc accepit Mariam libram nardi nardi pretiosi, et unxit pedes Jesu, et extersit pedes ejus capillis suis: et domus repleta est odore unguenti.
4 tunc dicit unus ex discipulis eius Iudas Scariotis filius Simonis qui traditurus est eum
5 Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, et datum est egenis?
6 Hoc dixit, non quod de pauperibus fuerit curasse; sed quia fur erat, et loculos habebat, et portabat quod in ea ponebatur.
7 Dixit ergo Jesus : Sinite illam : in diem sepulturæ meæ conservavit me.
8 Pauperes enim semper habetis vobiscum; me autem non semper habetis.
9 cognoverunt ergo multi ex Iudaeis quia illic est et non propter Iesum tantum veniebant sed ut et Lazarum viderent quem suscitavit a mortuis
10 Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et Lazarum interficerent;
11 Quia multi propter illum abibant ex Judæis, et credebant in Jesum.
12 sequenti autem die turbae multae qui venerant ad diem festum cum audissent quia Iesus veniret Hierosolymam
13 acceperunt ramos palmarum et processerunt obviam ei et clamaverunt Hosanna benedictus est rex Israhel qui venit in nomine Domini
14 Et cum invenissent asellum, sedebat super eum. ut scriptum est;
15 Noli timere, filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinae.
16 Hæc non cognoverunt discipuli ejus primum: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, et hæc fecerunt ei.
17 Testimonium ergo perhibebat turba, qui erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento suo.
18 Propterea et obviam venit ei turba: quia audierunt fecisse hoc signum.
Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus post eum abiit.
20 Erant autem quidam gentiles, ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo.
21 Hic ergo accedens ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, rogabat eum, dicens: Domine, volumus Iesum videre.
22 Venit Philippus et dicit Andreae; venit Andreas et Philippus et dicunt Iesu.
23 Jesus autem respondit eis, dicens : Venit hora, ut glorificetur Filius hominis.
24 Amen, amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.
25 Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.
26 Si quis mihi ministrat, me sequatur. et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.
27 Nunc anima mea turbata est. et quid dicam? Pater, salvifica me ex hora hac; sed propterea veni in horam hanc.
28 Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo : Et clarificavi, et iterum clarificabo.

29 Turba ergo, quæ stabat, et audierat, dicebat tonitruum esse factum.
30 Respondit Jesus, et dixit : Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.
31 nunc iudicium est mundi nunc princeps huius mundi eicietur foras
32 Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum.
33 Hoc autem dixit significans qua morte esset moriturus.
34 Respondit ei populus: Nos audivimus ex lege quia Christus manet in æternum: et quomodo tu dicis: Oportet exaltari Filium hominis? quis est iste Filius hominis?
35 Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebrae super vos veniant; qui enim ambulat in tenebris nescit quo vadat.
36 Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc locutus est Jesus, et abiit et abscondit se ab eis.
37 Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum;
38 ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit : Domine, quis credidit auditui nostro ? et brachium Domini cui revelatum est?
39 Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias:
40 excaecavit oculos eorum et induravit cor eorum ut non videant oculis, nec corde intelligant, et convertantur, et sanem eos.
41 Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo.
42 Verumtamen et ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter pharisæos non confitebantur, ut e synagoga non ejicerentur. sed propter pharisaeos non confitebantur, ut e synagoga non eicerentur;
43 Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.
